 Alius filius Phadaia dux dimidia tribus Manasse tempore Dauid. 1. Paral. 27. c.
 Alius filius Azaria Caathites tempore Regis Ezechia. 2. Paral. 29. b.
 Alius de filijs Nebo, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. d.
 Alius filius Zechri princeps Benjamin post captiuitatem Babylonicam. 2. Efd. 11. b.
 Ioela filius Ieroham de Gedor, frater Zabadi. 1. Paral. 12. b.
 Ioezer de Carehim venit ad Dauid in Siceleg. 1. Paral. 12. b.
 Iogli pater Bocci de tribu Dan. Num. 34. d.
 Ioha filius Baria de tribu Benjamin, frater Ahio, & aliorum septem. 1. Paral. 8. b.
 Alius filius Samri Thofaites, frater Iediel. 1. Paral. 11. g.
 Alius filius Ioachaz à commentarijs Iofia Regis. 2. Paral. 34. b.
 Iohanan filius Azaria pontifex de linea Eleazar, pater Azaria. 1. Paral. 6. a.
 Alius de tribu Gad, qui venit ad Dauid in desertum. 1. Paral. 12. b.
 Alius de tribu Benjamin, qui venit ad Dauid in Siceleg. 1. Paral. 12. a.
 Alius filius Caree. 4. Reg. 15. f. frater Ionathan. Iere. 40. c.
 Alius filius Elioenai de stirpe Dauid per Zorobabel, frater Oduia, & aliorum quinque. 1. Paral. 3. d.
 Alius filius Eccetan de filijs Azgad, qui redijt è Babylone. 1. Efd. 8. b.
 Alius filius Tobia gener Mosollam. 2. Efd. 6. d.
 Alius sextus filius Meselemia, frater Zacharia, & aliorum quinque Corites tempore Dauid. 1. Paral. 26. a.
 Alius princeps tempore Iofaphat. 2. Paral. 17. d. Qui fortè est pater Ismahelis centurionis tempore Ioas Regis Iuda. 2. Paral. 23. a.
 Alius pater Azaria ducis in tribu Ephraim tempore Achaz. 2. Paral. 28. b.
 Alius filius Iofia, frater Ioakim, & Sedecia & Sellum. 1. Paral. 3. c. Hic vocatur Ioachaz, & mater eius Amital. 4. Reg. 23. f. Vocatur etiam Sellum. Ierem. 22. c.
 Alius princeps cuiusdam familie Leuitarum in diebus Eliasib. 2. Efd. 12. a.
 Alius de filijs Bebai, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. d.
 Alius Sacerdos post captiuitatem Babylonicam. 2. Efd. 12. d.
 Iohel filius Azaria, pater Elcana Caathites. 1. Paral. 6. c.
 Alius filius Samuel Caathites pater Heman. Dicitur etiam Vaiseni frater Abia. 1. Paral. 6. b.
 Ioiada pater Banaia de stirpe Aaron. 1. Paral. 12. c.
 Alius Pötifex qui instituit Ioas Regem Iuda. 4. Reg. 11. a. habuit vxorem Iofabeth sororem Regis Ochozia. 2. Paral. 22. d. Et genuit Zachariam Prophetam. 2. Paral. 24. e.
 Alius Sacerdos filius Banaia, consiliarius Regis Dauid, & nepos prioris Ioiada. 1. Paral. 27. d.
 Alius filius Eliasib pontifex pater Ionathã. 2. Efd. 12. a.
 Alius filius Phafea, qui edificauit portam veterem Ierusalem. 2. Efd. 3. b.
 Alius Sacerdos tempore Ieremia. Ierem. 29. f.
 Ioarib Sacerdos tempore Dauid. 1. Paral. 24. b. Dicitur etiam Ioarib. 1. Mach. 2. a.
 Alius Sacerdos. 1. Paral. 9. b.
 Alius pater Idaia post captiuitatem Babylonicam. 2. Efd. 11. b.
 Alius vir sapiens. 1. Efd. 8. b. Qui fortè est filius Zacharia de tribu Iuda per Phares pater Adaia. 2. Efd. 11. a.
 Ionadab filius Semmaa fratris Dauid. 2. Reg. 13. a.
 Alius filius Rechab, amicus Iehu Regis Israel. 4. Reg. 10. c.
 Jonas filius Amathi de Geth, vnus è duodecim prophetis minoribus. Ion. 1. a.
 Alius pater Simonis Petri. Matth. 16. c. Dicitur etiam Ioannes. Ioan. 21. c.
 Alius filius Eliakim pater Ioseph de stirpe Dauid per Nathan. Luc. 3. g.
 Ionathas filius Saulis Regis & Achinoã, de tribu Benjamin, frater Iessui & Melchisua, & habuit sorores Merob & Michol. 1. Reg. 14. g. Pater Miphiboseth. 2. Reg. 9. a.
 Alius filius Abiathar Sacerdotis de linea Ithamar. 2. Reg. 15. g.
 Alius filius Sammaa fratris Dauid, qui occidit Gigantem. 2. Reg. 21. d.
 Alius filius Iassen, vnus è triginta fortibus Dauid. 2. Reg. 23. d.
 Alius filius Caree, frater Iohanan. Ierem. 40. c.
 Alius filius aut descendens à Gerson filio Moyfi Leuites. Iud. 18. g.
 Alius filius Iada de tribu Iuda, pater Phalet, & Zi.

I N D E X.

- & Ziza, frater Iether. 1. Par. 2. e.
- Abus filius Ozia praefectus thesauris, qui erant in vrribus Dauid. 1. Par. 27. d.
- Alius patruus dauid, & consiliarius eius. 1. Para. 27. d.
- Alius Leuites missus à Rege Iosaphat ad docendum populum. 2. Par. 17. b.
- Alius pater Abed de filijs Adan. 1. Efd. 8. a.
- Alius filius Azahel iudex in separatione vxorum alienigenarum. 1. Efd. 10. c.
- Alius Sacerdos filius Semeia, pater Zachariae post reditum è Babylone. 2. Efd. 12. c.
- Alius videtur Sacerdos vltra praedictos. 2. Efd. 12. a.
- Alius Pontifex filius Ioiada, pater Ieddo. 2. Efd. 12. a. Hic videtur qui ponitur. 2. Macha. 1. e.
- Alius filius Mathariae, qui cognominabatur Apphus, frater Iudae Machabaei, & aliorum trium. 1. Macha. 2. a.
- Alius filius Abtalomi amicus Simonis. 1. Macha. 13. b.
- Alius Scriba custos carceris, qui tenebat vincitum Ieremiam. Ierem. 37. c.
- Iora de cuius filijs redierunt plures è Babylone. 1. Efd. 2. b.
- Ioram filius Thou Regis Emath missus ad Dauid. 2. Reg. 8. c. Dicitur etiam Adoram. 1. Para. 18. c.
- Alius filius Isaiae descendens à Moyse, pater Zechri. 1. Para. 26. c.
- Alius filius Iosaphat Rex Iuda, maritus Athaliae, & pater Ochoziae. 4. Reg. 8. c. Genuit etiam filiam Iosaba. 4. Reg. 11. a.
- Alius filius Achab, Rex Israel, & frater Ochoziae. 4. Reg. 1. d.
- Alius Sacerdos constitutus à Rege Iosaphat ad erudendum populum. 2. Par. 17. b.
- Iorai filius Abihail de tribu Gad, frater Michael, & aliorum quinque. 1. Par. 5. b.
- Iorim filius Mathat pater Eliezer de domo Dauid per Nathan. Luc. 3. f.
- Iosa filius Amasiae princeps in tribu Simeon. 1. Para. 4. f.
- Iosaba filia Ioram Regis Iuda, & soror Ochoziae. 4. Reg. 11. a. vocatur etiam Iosabeth, & fuit vxor Ioiadae pontificis. 2. Para. 22. d.
- Iosabeth quare Iosaba.
- Iosabhesed filius Zorobabel de stirpe Dauid, frater Mosollam, & aliorum sex. 1. Para. 3. d.
- Iosabias filius Saraiae de tribu Simeon, pater Iehu. 1. Par. 4. f.
- Iosachar filius Semaath. 4. Reg. 12. d. Dicitur etiam Zabab. 2. Para. 24. g.
- Iosaias filius Elnaem vnus è fortibus Dauid, frater Jeribai. 1. Par. 11. g.
- Iotaphat filius Abilud a commentarijs Regis Dauid. 2. Reg. 3. a. Item sub Salomone. 3. Reg. 4. a.
- Alius Rex Iuda filius Asa. 2. Para. 17. a. Genuit Ioram, & alios sex. 1. Par. 21. a.
- Alius filius Pharie praefectus annonae Salomonis. 3. Reg. 4. b.
- Alius filius Namh pater Iehu Regis Israel. 4. Reg. 9. a.
- Alius Mathanites vnus è fortibus Dauid. 1. Para. 11. g.
- Alius Sacerdos tempore Dauid. 1. Par. 15. c.
- Iosedec filius Saraiae pontifex de linea Eleazar. 1. Par. 6. b. pater Iosue. 1. Efd. 3. a.
- Ioseph filius Iacob & Rachel. Genes. 30. d. frater vterinus Benjamin. Genes. 46. c. Ex vxore Aeneth genuit Manassen, & Ephraim. Gen. 41. g.
- Alius pater Igal de tribu Issachar. Numer. 13. b.
- Alius filius Asaph cantor Gerfonites, frater Zacchur, Nathaniae, & Asarela. 1. Paral. 25. a.
- Alius Sacerdos post captiuitatem Babylonicam. 2. Efd. 12. a.
- Alius filius Ozia de tribu Simeon pater Idox. Iud. 8. a.
- Alius filius Mathathiae de stirpe Dauid per Nathan, pater Ianne. Luc. 3. f.
- Alius filius Iudae pater Semei de stirpe Dauid per Nathan. Luc. 3. f.
- Alius de filijs Bani, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. d.
- Alius filius Iacob de tribu Iuda, spousus Virginis Mariae. Matt. 1. c.
- Alius dicitur ab Arimathaea, qui sepeliuit Christum. Matth. 27. f.
- Alius filius Ionae pater Iudae de stirpe Dauid per Nathan. Luc. 3. f.
- Alius qui & Barlabas cognomine Iustus. Act. 1. d.
- Alius filius Mariae, & frater Iacobi minoris. Matth. 27. f. frater quoque Simonis & Iudae. Matth. 13. g.
- Alius cognomento Barnabas Leuites Cyprius, & socius Pauli. Act. 4. g.
- Iosephus filius Zachariae dux exercitus Machabaei. 1. Mach. 5. b.
- Iosias Rex Iuda filius Amon & Ididae filiae Hadaiae de Besecath. 4. Reg. 22. a. Habuit duas vxores, nempe Amital filiam Ieremiae de Lobna, & Zebidam filiam Phadaiae

I N D E X.

- daiz d. Ruma. 4 Reg. 23.g. Et genuit Ioha-
han, Ioakim, Sedeciam, & Selium. 1.
Para. 3. c.
- Alius filius Sophonia post captiuitatē Ba-
bylonicam. Zachar. 6. c.
- Iosphia de filijs Salomith reuersus ē Baby-
lone. 1. Efd. 8. b.
- Iosue filius Nun, minister Moyfi de tribu
Ephraim. Exo. 33. c. vocatur Iefus Naue
Ecclef. 46. a. Et etiam Olee. Numer.
13. b.
- Alius Bethfamites in cuius agro stetit arca
Domini. 1. Reg. 6. d.
- Alius Pontifex filius Ioledec post reditum
ē Babylone. 1. Efd. 2. a. & Zachar. 3. a.
- Alius Leuites filius Odouia, frater Celmi-
hel. 1. Efd. 2. b. Hic videtur pater Azer.
2. Efd. 3. e.
- Alius de filijs Phathath Moab, qui videtur
duplici nomine appellari Iosue Ioab. 1.
Efd. 2. a.
- Alius filius Azania. 2. Efd. 10. a. Et videtur
pater Iozabed Leuites. 1. Efd. 8. g.
- Iozabad princeps in tribu Manassā. 1. Pa-
ral. 12. d.
- Alius eiuſdem tribus. ibid.
- Alius princeps centum octoginta millium
sub Rege Iosaphat. 2. Par. 17. d.
- Alius Leuites curator horreorum templi
tempore Ezechie. 2. Par. 31. c.
- Alius princeps Leuitarum in celebratione
Phase tempore Iosia. 2. Par. 35. b.
- Alius filius Somer Moabites, qui fuit in cā-
de Regis Ioas. 4. Reg. 12. d.
- Alius filius Obededō Leuites tempore Da-
uid, frater Semeia, & aliorum lex. 1. Pa-
ral. 26. a.
- Iozabed filius Iosue Leuites appensor auri
allati ē Babylone. 1. Efd. 8. f. Fuit de Le-
uitis, qui habuerunt vxores alienigenas.
1. Efd. 10. c.
- Alius Sacerdos de filijs Pheshur, qui habuit
vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. c.
- Ira Iairites Sacerdos Regis Dauid. 2. Reg.
20. g.
- Alius Iethrites vnus ē triginta fortibus Da-
uid. 2. Reg. 23. d.
- Alius filius Acces Thecuites de fortibus
Dauid. 1. Para. 11. f. vocatus etiam Hira.
2. Reg. 23. d.
- Irad filius Henoeh de stirpe Cain, pater Ma-
uiael. Gen. 4. c.
- Itaac filius Abrahā & Sarā insignis Patri-
archa. Genes. 21. a. Genuit ē Rebecca
Jacob & Esau iam sexagenarius. Ge-
nes. 25. d.
- Iaar Leuites filius Caath, frater Amram,
Hebrō, & Oziel, & pater Core, Nepheg,
& Zechri. Exod. 6. c. Dicitur etiam pa-
ter Salomith. 1. Par. 23. b. Idem videtur
appellari Aminadab. 1. Par. 6. b. Idem e-
tiam videtur Ilaari. 1. Para. 24. c. vocatur
quoque Icaar. Num. 3. c.
- Alius filius Assur & Halaa, frater Sereth, &
Ethnan de tribu Iuda. 1. Par. 4. a.
- Ilaari idem qui Iaar filius Caath. 1. Paral.
24. c.
- Ihai filius Obed de tribu Iuda pater Dauid.
Ruth. 4. d. pater etiam Eliab, Abinadab,
& Samma. 1. Reg. 16. b. & etiam Natha-
nael, Raddai, & Afom. 1. Par. 2. b. Dicitur
etiam Iesse. Luc. 3. g.
- Icaias filius Amos insignis propheta. Icai. 1.
a. pater Iaiub. Icai. 7. a.
- Alius filius Rahabia de stirpe Moyfi, pater
Ioram. 1. Par. 26. c. Dicitur etiam Iefias.
1. Para. 24. c.
- Alius filius Athaliae de filijs Alam. 1. Efd.
8. a.
- Alius Leuites Merariticus, qui redijt ē capti-
uitate Babylonica. 1. Efd. 8. d.
- Alius pater Etheel de tribu Benjamin. 2.
Efd. 11. b.
- Ihari cuius fuit quarta fors Leuitica. 1. Pa-
ral. 25. c.
- Isbaab Sacerdos, cuius fuit quartadecima
fors Sacerdotalis. 1. Par. 24. b.
- Isboeth filius Saul Rex decem tribuum. 2.
Reg. 2. c. Dicitur etiam Esbaal. 1. Par. 8. c.
- Ismael filius Abrahā & Agar ancillae. Gen.
16. d. Genuit Nabaioth, & alios vndecim,
qui duodecim effecere tribus. Gen. 25. b.
habuit & filiam Maheleth, quae fuit vxor
Esau. Gen. 28. b.
- Alius filius Nathaniae, qui occidit Godolia.
4. Reg. 25. f.
- Alius filius Afel de tribu Benjamin, frater
Ezricam, & aliorum quatuor. 1. Par. 8. d.
- Alius filius Iohanan centurio in institutio-
ne Regis Ioas. 2. Para. 23. a.
- Alius Sacerdos de filijs Pheshur, qui habuit
vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. c.
- Alius pater Zabadiae ducis tribus Iuda sub
Iosaphat. 2. Para. 19. d.
- Ismiel Princeps in tribu Simeon. 1. Para-
lip. 4. f.
- Israel idem qui Iacob, cui mutatum est no-
men ab Angelo. Gen. 32. f.
- Isreela Leuites, cuius fuit septima fors Leui-
tica. 1. Para. 25. c.

I N D E X.

Iffachar filius Iacob & *Lia*, frater vterinus Ruben, Simeon, Leui, Iudæ & Zabulon. Gen. 35. d. genuit Thola, Phua, Iob, & Semron. Gen. 46. b.

Alias filius Obededom Leuites ianitor portæ Australis, frater Semeizæ & aliorum sex tempore Dauid. 1. Para. 26. a.

Iftob Rex Syrus victus à Ioab. 2. Reg. 10. b.

Ithahaia princeps in tribu Simeon. 1. Paralip. 4. f.

Ithai filius Ribai de Gabaath Benjamin. 2. Reg. 23. d. Dicitur etiam Ethai. 1. Par. 11. f.

Ithamar Sacerdos filius Aaron & Elisabeth, frater Nadab, & Abiu, & Eleazar. Exod. 6. c.

Iubal filius Lamech, & Ada, frater Iabel & Tubalcain. Gen. 4. c.

Iuchal filius Selemizæ. Ier. 38. a.

Judaia vxor Ezra; mater Iared, Heber, & Icuthiel. 1. Para. 4. c.

Judas filius Iacob & *Lia*, frater Rubenis & reliquorum patriarcharum. Gen. 29. c. Genuit ex filia Sue *Her*, Onan & Sela. Ex Thamar nuru sua genuit Phares & Zarâ. Genes. 38. a.

Alias Leuites, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. d. & 2. Efd. 12. a.

Alias filius Senua de tribu Benjamin post reditum è Babylone. 2. Efd. 11. b. 12. c.

Alias qui & Machabæus filius Mathathizæ Sacerdos, & dux insignis, frater Ioannis, & aliorum trium. 1. Macha. 2. a.

Alias filius Calphi princeps militizæ Ionathæ pontificis. 1. Macha. 11. g.

Alias filius Simonis pōtificis, & frater Ioannis. 1. Macha. 16. a.

Alias qui anno centesimo octagesimo octauo scripsit epistolam ad Iudæos, qui erāt in *Egypto*. 2. Macha. 1. c.

Alias filius Ioāna, pater Ioseph de stirpe Dauid per Nathan. Luc. 3. f.

Alias filius Ioseph pater Simeonis de stirpe Dauid per Nathan. Luc. 3. f.

Alias Icariones filius Simonis Apostolus, & proditor Seruatoris nostri. Ioan. 13. c.

Alias dictus Iudas Iacobi Apostolus. Luc. 6. c. vocatur quoque Thaddæus. Matth. 10. a. fuit frater Iacobi minoris, & Simonis, & Ioseph. Matth. 13. g.

Alias Galilæus, qui auertit populum post se. Act. 5. g.

Alias cognomine Barfabas missus ab Apostolis Antiochiam. Act. 15. d.

Judi filius Nathaniae tempore Ieremizæ. Ierem. 36. c.

Iudith filia Beeri *Hethæi*, vxor Esau. Gene. 26. f. Dicta etiā Oolibama filia. Anæ. Genes. 36. a.

Alia filia Merari de tribu Simeon, vxor Manasse, quæ inuerauit Bethuliam. Iud. 8. a.

Iuliam quam saluat Paulus. Rom. 16. c.

Iulius, centurio duxit Paulum Romam. Act. 27. a.

Iunia cognata Pauli. Rom. 16. b.

Iustus, qui & Titus, apud quē diuertit Paulus Corinthi. Act. 18. b.

Alias vocatus etiam Iesus. Coloss. 4. c.

Alias idem qui Barfabas. Act. 1. d.

Izrahia filius Ozi de tribu Iffachar pater Michael, & Obadia, & Ioel, & Iesia. 1. Par. 7. a. Qui vna cum ipso Izrahia dicuntur quinque principes, subaudi familiz ipsius Ozi.

L.

Laabim filius Meffraim. Genes. 10. b.

Laad filius Iahath de tribu Iuda, frater Ahumai. 1. Par. 4. a.

Laadan filius Tahan de tribu Ephraim, pater Ammiud. 1. Par. 7. c.

Laadda filius Sela de tribu Iuda, frater Her. 1. Par. 4. d.

Laban filius Bathuelis, frater Rebecca, pater Lia & Rachelis. Genes. 24. d. vocatur etiam filius Nachor, quia nepos. Genes. 29. a.

Lael pater Eliasaph Gersonites. Num. 3. c.

Lais pater Phalti de Gallim. 1. Reg. 25. g.

Lamech filius Mathusael, primus binas legitur habuisse vxores, scilicet Ada & Sela. Ex Ada genuit Iabel, & Iubal. E Sela Tubalcain, & filiam Noema. Gen. 4. c.

Alias filius Mathusala, & pater Noe. Genes. 5. d.

Lamuel videtur positum vt nomen propriū Prou. 31. a.

Lapidoth maritus Debbora prophetidis. Iud. 4. a. iuxta Rupertum Abbatem est idem qui Barach.

Lasthenes Cretensis præbuit auxilium Demetrio. 1. Mach. 11. c.

Latusim filius Dadan, frater Loomim & Asurim. Gen. 25. a.

Lazarus mendicus missus in sinum Abrahæ. Luc. 16. c.

Alias à Bethania frater Mariæ & Marthæ, quem suscitauit Iesus. Ioan. 11. a.

Lebana Nathinæus, cuius filij redierunt è Babylone.

I N D E X.

Babylone. 1. *Esd.* 2. c.
Leci filius Semida de tribu *Manassæ*, frater *Ahin*, & *Sechem*, & *Aniam*. 1. *Par.* 7. d.
Ledan filius *Gerloni* *Leuites* tempore *Dauidis*. 1. *Para.* 26. c.
Leedan filius *Gerlon* *Leuites*, pater *Iahiel*, & *Zethan*, & *Iohel*. 1. *para.* 23. a. vocatur etiam *Lobni*. *Exod.* 6. c.
Leheth filius *Semei* *Gerlonites*, frater *Ziza*, & *Iaus*, & *Baria*. 1. *Par.* 23. b.
Leui filius *Jacob* & *Lia*. *Genes.* 29. d. pater *Gerlon*, *Caath* & *Merari*. *Gen.* 26. b.
 Alius idem, qui *Matthæus*. *Mar.* 2. b.
 Alius filius *Melchi* de stirpe *Dauid* per *Nathan*, pater *Mathat*. *Luc.* 3. e.
 Alius filius *Simeon*, pater *Mathat*. *Luc.* 3. f.
Lia filia *Labā*, soror *Rachel*, & vxor *Jacob*, cui genuit *Ruben*, *Simeon*, *Leui*, *Judam*, *Issachar*, *Zabulon*, & *Dinam* *niham*. *Gen.* 29. c. 30. a.
Linus, qui postea fuit *Papa*. 2. *Timoth.* 4. d.
Lobni filius *Gerlon* *Leuites*. *Exo.* 6. c. pater *Iahath*. 1. *Par.* 6. b. Dicitur etiam *Lecdan*. 1. *Par.* 23. a.
 Alius filius *Moholi* *Merarites* pater *Semei*. 1. *Par.* 6. c.
Loi videtur nomen loci, de cuius filiis, & *Hadid* & *Ono* redierunt 725, de captiuitate *Babylonica*. 1. *Esd.* 2. b.
Loides mater *Eunices*, auia *Timothæi*. 2. *Timoth.* 1. b.
Loomim filius *Dadan* frater *Affurim* & *Latusim*. *Genes.* 25. a.
Lot filius *Aran*, frater *Ieschæ* & *Melchæ*. *Gen.* 11. d. Genuit *Moab* & *Ammon* è suis duabus filiabus. *Gen.* 19. g.
Lotan filius *Seir* *Hori*, & eius soror *Thāna*, frater fuit *Sobal*, & aliorum quinque. Genuit autem *Hori*, & *Heman*. *Genes.* 36. c.
Lucas *Euangelista*, & scriptor *Actuū* *Apostolorum*, cuius & meminit *Paulus*. *Coloss.* 4. d.
Lucius *Romanorum* consul, qui fecit amicitias cum *Sinone* *Pōtifice*. 1. *Mach.* 15. c.
 Alius *Cyrenensis* *Doctōr*, & *Propheta*. *Act.* 13. a.
 Alius cognatus *Pauli*. *Roma.* 16. d.
Lud filius *Sem*, frater *Elam*, & aliorum trium. *Gen.* 10. c.
Ludim filius *Mefraim*, filij *Chā*, frater *Anamin*, & aliorum quatuor. *Gen.* 10. b.
Lydia *purpuraria* tulcepit *Paulum* hospitiō *Philippis*. *Act.* 16. c.
Lysanias *Tetrarcha* *Abiliaz*. *Luc.* 3. a.

Lysias *Phœnicis* & *Syriæ* militiæ princeps. 2. *Mach.* 10. b.
Lysimachus filius *Ptolomei*. *Esth.* 11. a.
 Alius frater *menelai* *Pontifex*, 2. *Mach.* 4. e.

M.

Maacha filius *Nachor* è *Roma* concubina, frater *Tabee*, & aliorū decem. *Gen.* 22. d.
 Alius pater *Achis* *Regis* *Geth*. 3. *Reg.* 2. f.
 Alius Pater *Hanan* *vinifertis* tempore *Dauid*. 1. *Par.* 11. g.
 Alius pater *Saphatiz* ducis tribus *Simeon* tempore *Dauid*. 1. *Par.* 27. c.
 Item concubina *Caleb* mater *Saber*, & aliorum trium. 1. *Par.* 2. f.
 Alia filia *Tholmai* *Regis* *Geffur*, vxor *Dauid*, mater *Abialon* & *Thamar*. 2. *Reg.* 3. a.
 Alia filia *Abessalom* vxor *Roboam*, mater *Abiz*. 3. *Reg.* 15. a. Fuit etiā mater *Ethai*, & *Ziza*, & *Salomith*. 2. *Par.* 11. d. Eadem vocatur *Michaia* filia *Vriel* de *Gabaa*. 2. *Par.* 13. a.
 Alia filia *Abessalom* mater *Afa* *Regis* *Juda*. 3. *Reg.* 15. b.
 Alia soror *Machir* filij *Manassæ*. 1. *Para.* 7. c.
 Alia vxor eiusdem *Machir*, mater *Phares*, & *Sares*. 1. *Para.* 7. d.
 Alia vxor *Abigabaon*, mater *Abdon*, & aliorum octo. 1. *Par.* 8. c.
 Interdum *Maacha* est nomē *provinciæ* *Syriæ*, quæ videtur nomen sumplisse a *Maacha* filio *Nachor*. 2. *Reg.* 10. b. & 1. *Paral.* 19. b.
Maachati pater *Iezoniz*. 4. *Reg.* 25. f.
Maaddi, de filiis *Bani*, qui habuit vxorem alienigenam, 1. *Esd.* 10. d.
Maai *Sacerdos* tempore *reconstructionis* *Ierusalem*. 2. *Esd.* 12. c.
Maala filia *Salphaad* de tribu *Manassæ*, soror *Noa* & aliarū trium sororū. *Nu.* 26. b.
Maasai filius *Adiel* *Sacerdos*. 1. *Par.* 9. c.
Maasias *Leuites* cantor tempore *Dauid*. 1. *Para.* 15. c.
 Alius filius *Adaiz*, centurio cum *Ioas* fieret *Rex* *Juda*. 2. *Par.* 23. a.
 Alius doctor & princeps exercitus *Regis* *Oziæ*. 2. *Par.* 26. b.
 Alius filius *Regis* *Achaz* occisus à *Zechri*. 2. *Para.* 28. a.
 Alius princeps ciuitatis tempore *Iosiaz*. 2. *Para.* 34. b.
 Alius *Sacerdos* de familia *Iosue*, qui habuit vxorem alienigenam. 1. *Esd.* 10. c.

Alius

I N D E X.

- Alius Sacerdos de familia Harim. 1. Efd. 10. c.*
Alius Sacerdos de filijs Pheshur. 1. Efd. 10. c. Vnus prædictorum trium videtur filius Ananizæ, pater Azariæ. 2. Efd. 3. f.
Alius Leuites eodem tempore. 2. Efd. 8. b.
Alius de filijs Pahath Moab. 1. Efd. 10. d.
Alius filius Baruch de tribu Iuda post captiuitatem Babylonianam. 2. Efd. 11. a.
Alius pater Sedeciæ pseudoprophetæ. Ierem. 29. c.
Alius Sacerdos pater Sophonizæ. Ier. 21. a.
Alius filius Sedeciæ, pater Nerizæ. Baru. 1. a. Iere. 32. b.
Alius filius Sellum Leuites custos vestibuli templi. Iere. 35. a.
Maazia Sacerdos tempore instaurationis Ierusalem. 2. Efd. 10. a.
Maaziau Sacerdos tempore Dauid, cum lateret in deserto. 1. Par. 12. b.
Mabfam filius Ismaelis, frater Nabaioth, & aliorum decem. Gen. 25. b.
Mabfar dux in terra Idumæorum. Genes. 36. d.
Macelloth dux partis exercitus Regis Dauid. 1. Par. 27. a.
Alius filius Abigabaon & Maacha, de tribu Benjamin, pater Samaa, & frater Abdon, & aliorum septem. 1. Par. 8. c.
Macenias Leuites ianitor tempore Regis Dauid. 1. Par. 15. c.
Machabæus dictus Iudas filius Mathathizæ, frater Ioannis, & aliorum trium. 1. Machab. 2. a.
Machathi pater Aasbai. 2. Reg. 23. d. Interdum est nomen loci. 1. Par. 4. c.
Machbanai de tribu Gad, venit ad Dauid cum lateret in deserto. 1. Par. 12. b.
Machbena videtur nomen loci, cuius fuit dominus Ste filius Saaph. 1. Par. 2. f.
Machi pater Guel de tribu Gad. Numer. 13. a.
Machir filius Manasse. Gen. 50. d. pater Gailaad, & Happhim, & Saphan, & Salphaad, & ex vxore Maacha genuit Phares, & Sares, sororque eius fuit Maacha. 1. Paral. 7. d.
Alius filius Ammiel in Lodabar. 2. Reg. 9. b.
Madaï filius Iapheth, frater Gomer, & aliorum quinque. Gen. 10. a.
Madan filius Abrahæ & Cetura, frater Zamram, & aliorum quatuor, præter Ismaelæ, & Isaac. Gen. 25. a.
Madia Sacerdos tempore instaurationis Ierusalem. 2. Efd. 12. a.
Madia filius Abrahæ & Ceture, pater Epha, & aliorum quatuor, & frater Zamram, & aliorum quatuor. Gen. 25. a.
Madmena videtur nomen loci cuius fuit dominus Saaph filius Iahaddai. 1. Par. 2. f.
Magdiel dux in terra Idumæorum. Genes. 36. d.
Magog filius Iapheth, frater Gomer, & aliorum quinque. Genes. 10. a.
Mahalath filia Ierimoth, vxor Roboam. 2. Par. 11. d.
Mahalon filius Elimelech, & Noëmi de tribu Iuda. Ruth. 1. a. frater Chelion, & maritus Ruth Moabitidis. Ruth. 4. c.
Maharai Netophathites de stirpe Zarai, vnus de triginta fortibus Dauid. 2. Reg. 23. d.
Mahath filius Amasai Caathites pater Elcana. 1. Par. 6. c.
Alius filius Amasai Caathites tempore Ezechizæ. 2. Para. 29. b.
Alius filius Mathathizæ de stirpe Dauid per Nathan, pater Nagge. Luc. 3. f.
Maahazioth filius Heman Cathites vigesima tertiz fortis Leuiticæ. 1. Par. 25. b. d.
Maheleth filia Ismael, soror Nabaioth, vxor Elau. Gen. 28. b. Hæc vocatur Basemath, & genuit Rahael. Gen. 36. a.
Mahida Nathinæus. 1. Efd. 2. c.
Mahir filius Caleb de tribu Iuda, pater Eschon. 1. Par. 4. b.
Mahol pater Heman, Chalchol, & Dordai. 3. Reg. 4. d.
Maimã Sacerdos sextæ fortis tempore Dauid. 1. Para. 24. b.
Malachias Propheta è duodecim minoribus. Mala. 1. a.
Malalai Sacerdos tempore instaurationis Ierusalem. 2. Efd. 12. c.
Malaleel filius Cainã, & pater Iared. Ge. 5. b.
Alius pater Saphatizæ de tribu Iuda, per Phares. 2. Efd. 11. a.
Malasar minister principis Eunuchorũ Regis Babylonis. Dan. 1. c.
Malchus seruus pontificis, cui abscidit Petrus auriculam. Ioann. 18. b.
Maloch filius Hafabizæ Leuites Merariticus, pater Abdi. 1. Par. 6. d.
Alius de filijs Herem, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. d.
Mambre Amorithæus amicus Abrahæ, frater Aner & Eschol. Gen. 14. d.
Mambres magus, qui resistebat Moyse. 2. Timoth. 3. b.
Manuchan consiliarius Assueri. Esth. 1. c.

I N D E X.

- Manahat* filius Sobal, frater *Aluan*, & aliorum trium. *Genes.* 36. c.
Manahem filius *Gadi* de *Therfa* Rex *Israël*; pater *Phaceia*. 4. *Reg.* 15. c.
Manu collactaneus *Herodis* tetrarchæ Doctor, & *Propheta*. *Act.* 13. a.
Manasses filius *Ioseph* & *Meneth*. *Genes.* 41. g. Genuit è concubina *Syra Machiri*; & præterea habuit filium *Eliel*, & filiam *Maacha*. 1. *Par.* 7. c.
Manu filius *Ezechia*, & nomen matris eius *Haphsba*; genuit ex vxore *Messalemeth Amon*. 4. *Reg.* 21. a. d.
Manu de filijs *Hafom*, qui habuit vxorem alienigenam. 1. *Esd.* 10. d.
Manu de filijs *Phahath Moab*. 1. *Esd.* 10. d.
Manu maritus *Iudith* de tribu *Simeon*. *Iudith.* 8. a.
Manue de *Sarâ* pater *Samson* de tribu *Dan*. *Iud.* 13. a.
Maach pater *Achis* Regis *Geth*. 1. *Reg.* 27. a.
Maon filius *Sammai* de tribu *Iuda*, pater *Bethsur*. 1. *Par.* 2. f.
Maon chi filius *Othoniel* de tribu *Iuda*, pater *Ophra*. 1. *Par.* 4. c.
Moplam filius *Simeonis*, frater *Namuelis*, & aliorum sex. 1. *Par.* 4. d.
Maraia Sacerdos in diebus *Ioachim*. 2. *Esd.* 12. a.
Maraioth filius *Zarahia*, pater *Azarix* Sacerdos de linea *Elezar*. 1. *Esd.* 7. a. Dictus etiam *Meraioth*. 1. *Par.* 6. a.
Manu filius *Achitob* pontifex, pater *Sadoc*. 1. *Par.* 9. b.
Marcus *Euangelista* dictus etiam *Ioannes* filius *Marix*. *Act.* 12. c.
Mardocheus filius *Air* de tribu *Beniamin*, patruus *Esther* Reginx, frater *Abihail* patris *Esther*. *Esth.* 2. a. c. Vocatur etiam *Mardochai*. 1. *Esd.* 2. a.
Mares consiliarius Regis *Affueri*. *Est.* 1. c.
Maresa de tribu *Iuda*, pater *Hebron*. 1. *Par.* 2. f.
Maria prophetisa soror *Moyfi*, & *Aaron*. *Exod.* 15. c.
Maria filia *Ezra* de tribu *Iuda*, soror *Iether*, & aliorum nouen. 1. *Par.* 4. c.
Maria Beatissima *Virgo* mater *Dei* & sponsa *Ioseph*. *Matth.* 1. c.
Maria *magdalena* soror *Lazari* & *Marthæ*. *Matth.* 27. f. *Ioan.* 11. a.
Maria mater *Iacobi Minoris*, & *Ioseph*, & *Simonis*, & *Thaddæi*, vxor *Alphæi*. *Matthæ.* 27. f. & soror *Matris Christi*. *Ioan.* 19. c.
Maria mater *Marci*. *Act.* 12. c.
Maria quam salutat *Paulus*. *Roma.* 16. a.
Marimuth de filijs *Bani*, qui habuit vxorem alienigenam. 1. *Esd.* 10. d.
Marma filius *Saharaim* & *Hodes* de tribu *Beniamin*, frater *Iobab*, & aliorum quinque. 1. *Par.* 3. a.
Marsana consiliarius Regis *Affueri*. *Est.* 1. c.
Martha soror *Mariæ* & *Lazari*, excepit Christum hospitio. *Luc.* 10. g.
Massa filius *Ethecl* de tribu *Beniamin*, pater *Colaia*. 2. *Esd.* 11. b.
Masara filius *Ismaelis*, frater *Nabaioth*, & aliorum decem. *Gen.* 25. b.
Mascha filius *Simeonis* pater *Hammuel*, *Zachur*, & *Semei*, frater *Namuel*, & aliorum sex. 1. *Par.* 2. d.
Masmana de tribu *Gad* venit ad *Dauid* cum lateret in deserto. 1. *Par.* 12. b.
Masfa filius *Ismaelis*, frater *Nabaioth*, & aliorum decem. *Genes.* 25. b.
Mathanai de filijs *Hafom*, qui habuit vxorem alienigenam. 1. *Esd.* 10. d.
Manu de filijs *Bani* habentibus vxores alienigenas. 1. *Esd.* 10. d.
Manu Sacerdos in diebus *Ioachim*. 2. *Esd.* 12. a.
Mathanias *Leuites* de filijs *Asaph*, pater *Iehiel*. 2. *Par.* 20. c.
Manu *Leuites* de filijs *Asaph* tempore Regis *Ezechia*. 2. *Par.* 29. c.
Manu filius *Iosia* & *Amital*, qui regnauit in *Iuda*, dictus etiam *Sedecias*. 4. *Reg.* 24. d.
Manu de filijs *Elam*, qui habuit vxorem alienigenam. 1. *Esd.* 10. d.
Manu ibidem de filijs *Zethua*.
Manu ibidem de filijs *Phaath Moab*.
Manu ibidem de filijs *Bani*.
Manu filius *Micha* *Leuites*, pater *Hafabia*. 2. *Esd.* 11. c.
Manu *Leuites* ianitor tempore instaurationis *Ierusalem*. 2. *Esd.* 12. b. Et videtur pater *Zachur*. 2. *Esd.* 13. b.
Manu Sacerdos filius *Michaia*, pater *Semeia*. 2. *Esd.* 12. c.
Mathaniau filius *Heman* *Caathites* cantor tempore *Dauid*, cuius fuit nona fors *Leuitica*. 1. *Par.* 25. a. Vocatur quoque *Mathanias*. *ibid.* c.
Mathath filius *Leui* de stirpe *Dauid* per *Nathan*, pater *Heli*. *Luc.* 3. e.
Manu filius *Leui*, & pater *Iorim* de eadem stirpe. *Luc.* 3. f.
Mathatha filius *Nathan* filij *Dauid*, pater *Menna*

I N D E X.

- Menna.* Luc. 3. g.
Alius de filijs Hakou, qui habuit vxorem a-
lienigenam. 1. Efd. 10. d.
Mathathias filius Sellu Leuites. 1. Par. 9. d.
Alius Leuites ianitor tempore Dauid. 1. Pa-
 ral. 15. c.
Alius filius Idithun Leuites cantor decime
sortis. 1. Par. 25. a.
Alius de filijs Nebo, qui habuit vxorem a-
lienigenam. 1. Efd. 10. d.
Alius Sacerdos in reedificatione Ierusalem.
 2. E. d. 8. a.
Alius filius Absalomi. 1. Mach. 11. g.
Alius filius Simonis pontificis occisus cum
patre. 1. Mach. 16. c.
Alius Sacerdos filius Ioannis de vice Ioarib,
pater Iudæ Machabæi, & alioru quatuor.
 1. Mach. 2. a.
Alius filius Amos de stirpe Dauid per Na-
than pater Ioseph. Luc. 3. f.
Alius filius Semei de stirpe Dauid per Na-
than, pater Mahat. Luc. 3. f.
Mathuuel filius Mauiael, pater Lamech.
 Gen. 4. c.
Mathuualam filius Heroch, genuit Lamech
patrem Noe. Gen. 5. c.
Matred uxor Mezaab, mater Meestabel. Ge-
 nel. 36. d.
Matheus Apostolus & Euagelista. Matth.
 9. b. *Dictus Leui filius Alphæi.* Mar. 2. b.
Matthan Sacerdos Baal. 4. Reg. 11. d.
Alius filius Eleazar de stirpe Dauid, pater
Iacob. Matth. 1. c.
Alius pater Saphatæ. Ierem. 38. a.
Matthias legatus Nicanoris ad Machabæu.
 2. Mach. 14. c.
Alius electus Apostolus loco Iudæ. Act. 1. d.
Mauiael filius Irad de genere Cain, pater
Mathuuel. Gen. 4. c.
Mauimam eunuchus Regis Assueri. Est. 1. b.
Mechnedebai de filijs Bani habuit vxorem
alienigenam. 1. Efd. 10. d.
Medad de prophetanibus cu Moyse. Num.
 11. f.
Meestabel filia Matred, uxor Adar octauj
Regis Idumæorum. Gen. 36. d.
Megphas tempore instaurationis Ierusalæ,
 2. Efd. 10. a.
Mehusim de tribu Benjamin, genuit Abi-
tob & Elphaal. 1. Par. 8. a.
Melcha filia Aran, uxor Nachor, soror Loth
& Ielcha. Gen. 11. d. *Peperit e Nachor*
Hys primogenitum, & alios septem filios
 Gen. 22. d.
Alia filia Salphaad de tribu Manassæ, soror
Maala, & aliarum trium. Num. 26. d.
Melchi filius Ianne, pater Leui. Luc. 3. f.
Alius filius Addi de stirpe Dauid per Na-
than, pater Neri. Luc. 3. f.
Melchias Sacerdos, pater Phassur. 1. Par. 9. b.
Alius Sacerdos quintæ sortis tempore Da-
uid. 1. Par. 24. b.
Alius Gersonites filius Athanai, pater Ba-
saia. 1. Par. 6. d.
Alij duo de filijs Pharos, qui habuerunt vxo-
res alienigenas. 1. Efd. 10. d.
Alius de filijs Herem, qui ædificauit partem
muri Ierusalem. 2. Efd. 3. c.
Alius de filijs Rechab, qui ædificauit portã
sterquilinij. 2. Efd. 3. d.
Alius filius Aurificis. 2. Efd. 3. g.
Alius filius Enan de tribu Simeon, pater A-
chitob. Iud. 8. a.
Alius filius Amelech. Ierem. 38. b.
Melchiel filius Beria de tribu Aser, frater
Heber. Gen. 46. b.
Melchiram filius Iechoniæ Regis, frater A-
sir, & aliorum sex. 1. Par. 3. c.
Melchisedec Rex Salem Sacerdos Dei Al-
tissimi. Gen. 14. d.
Melchitua filius Saulis Regis, & Achinoam
de tribu Benjamin. 1. Reg. 14. g. *frater*
Jonathan, & Abinadab, & Elbaal. 1. Pa-
 ral. 9. g.
Melea filius Mena de stirpe Dauid per Na-
than, pater Elhakim. Luc. 3. f.
Melech filius Micha de stirpe Saul. 1. Pa-
 ral. 8. c.
Mellothi de filijs Heman Caathites cantor
decimæ nonæ sortis Leuiticæ. 1. Paral.
 25. d.
Melluch de filijs Bani, qui habuit vxore alie-
nigenam. 1. Efd. 10. d.
Alius Sacerdos tempore instaurationis Ie-
rusalem. 2. Efd. 12. a.
Meltias Gabaonites reedificator muti Ie-
rusalem. 2. Efd. 3. b.
Menelaus frater Simonis de tribu Benjamin
 2. Mach. 4. d.
Menna filius Mathata, pater Melea de stir-
pe Dauid per Nathan. Luc. 3. g.
Meraioth Sacerdos filius Zarasæ, pater A-
maria. 1. Paral. 6. a. *Dictus etiam Mara-*
ioth. 1. Efd. 7. a.
Merari filius Leui, frater Gerson & Caath.
 Gen. 46. b. *pater Meholi & Musi.*
 Exod. 6. c.
Alius filius Idox de tribu Simeon pater Ju-
dith. Iud. 8. a.
Mered filius Ezra de tribu Iuda, frater Ie-
 ther

I N D E X.

- ther. & aliorū octo. *Habuit duas vxores Bethiam filiam Pharaonis, & Odaiam, & duos filios Garim, & Elthamo.* 1. Par. 7. c.
- Meremoth Sacerdos filius Vriæ.* 1. Efd. 8. g.
- Meribbaal filius Ionathæ, pater Michæ.* 1. Par. 8. d. *vocatus etiam Miphiboseth.* 2. Reg. 9. d.
- Merimith de Sacerdotibus, qui ascenderūt cum Zorobabel.* 2. Efd. 10. a.
- Meroz filia Saulis maior habuit fratres Ionatham, Iessui & Melchisai, & sororem Michol.* 1. Reg. 14. g. *fuit vxor Hamielis Molathite, cui peperit quinque filios vocatos filios Michol.* 2. Reg. 21. b.
- Mes filius Aram filij Sem, frater Vs & Hul & Gether.* Gen. 10. c. *Hic & fratres eius appellantur filij Sem.* 1. Par. 1. b. *quia ab eo originem ducunt, suntque nepotes illius. Ibi etiam Mes vocatur Mofoch.*
- Mesa primogenitus Caleb pater Ziph.* 1. Par. 2. f.
- Alius Rex Moab tributarius Regis Israel.* 4. Reg. 3. a.
- Meleemia filius Core de filijs Afaph, pater Zachariæ, & aliorum sex.* 1. Paralip. 26. a.
- Melezebel pater Phathathia de tribu Iuda per Zaram.* 2. Efd. 11. d.
- Alius pater Barachia, qui creditur esse Sathiel.* 2. Efd. 3. a.
- Mefollam Leuites princeps in separatione vxorum alienigenarum.* 1. Efd. 10. c.
- Mesphar post captiuitatem Babylonicam.* 1. Efd. 2. a. *Dicitur etiam Mespharat.* 2. Efd. 7. b.
- Mespharat idem cum præcedenti.*
- Messalemeth filia Harus mater Regis Amō.* 4. Reg. 21. d.
- Messulam pater Allia.* 4. Reg. 22. a.
- Mesraim filius Cham, frater Chus, & Phuth & Chanaā pater Ludim, & aliorum quinque.* Gen. 10. a.
- Metabeel pater Dalaia.* 2. Efd. 6. b.
- Metri cognatio in tribu Benjamin, de qua fuit Saul.* 1. Reg. 10. c.
- Meza filius Rahuel filij Esau, frater Nahath & Zara, & Samma.* Gen. 36. b.
- Mezaab pater Matred.* Gen. 36. d.
- Miamin Sacerdos tempore instaurationis Ierusalem.* 2. Efd. 10. a.
- Alius de filijs Pharos, qui habuit vxorem alienigenam.* 1. Efd. 10. d.
- Mibahar filius Agarai è triginta fortibus Dauid.* 1. Par. 11. g.
- Michael filius Abihail de tribu Gad, frater Motollam, & aliorum quinque.* 1. Paral. 5. b.
- Abus filius Iesefi de tribu Gad, pater Galaad.* 1. Par. 5. b.
- Alius filius Balaia Gersonites, pater Samaa.* 1. Par. 6. d.
- Abas filius Izrabia de tribu Issachar, frater Obadia, & Joel & Iesif.* 1. Par. 7. a.
- Alius filius Baria de tribu Benjamin, frater Abio & aliorum septem.* 1. Par. 8. b.
- Alius princeps in tribu Manasse, qui venit ad Dauid in Siceleg.* 1. Par. 12. d.
- Alius pater Anri duas tribus Issachar tempore Dauid.* 1. Par. 27. c.
- Alius filius Regis Iosaphat, frater Regis Ioram, & aliorum quinque.* 2. Par. 21. a.
- Alius de tribu Aler, pater Sthur.* Num. 13. a.
- Alius pater Zebedia, de filijs Saphatia.* 1. Efd. 8. a.
- Est & nomen Archangeli custodis Synagogæ.* Dan. 10. c.
- Micheas filius Iemla, qui prophetauit mortem Achab.* 3. Reg. 22. b.
- Alius princeps institutus à Iosaphat ad docendum populum.* 2. Par. 17. b.
- Alius Morasthites propheta è duodecim minoribus.* Mich. 1. a.
- Alius filius Gamaria scribæ.* Iere. 36. c.
- Michaia filius Zechur, pater Mathania Sacerdos.* 2. Efd. 12. c.
- Michaia mater Abia Regis Iuda filia Vriel de Gabaa.* 2. Par. 13. a. *Quæ vocatur etiam Maacha.* 3. Reg. 15. a.
- Michas de tribu Ephraim, qui fecit idolum in domo sua.* Iud. 17. a.
- Alius filius Miphiboseth de stirpe Saul.* 2. Reg. 9. d. *pater Phithon, & aliorum trium.* 1. Para. 8. c.
- Alius filius Zechri Leuites de stirpe Afaph, pater Mathania.* 1. Par. 9. c. *Idem dicitur filius Zebedei.* 2. Efd. 11. c.
- Alius filius Oziel Caathites, frater Iesif.* 1. Paralip. 23. c. *pater Samir.* 1. Paralip. 24. c.
- Alius filius Ioel, aut Semei, de tribu Ruben, pater Reia.* 1. Par. 5. a.
- Alius pater Achobor tempore Regis Iosif.* 4. Reg. 22. b. *Vocatur etiam Abdon.* 2. Para. 34. d.
- Alius Leuites, & vnus è signatoribus.* 2. Efd. 10. a.
- Alius pater Ozia de tribu Simeon tempore Holophernis.* Iud. 6. b.
- Michol filia Saulis minor.* 1. Reg. 14. g. *tradita Dauid in coniugiū.* 1. Reg. 18. c. *cūq; Dauid fugisset*

I N D E X.

- fugisset Saulem, tradita est à patre Phalti filio Lais de Gallim. 1. Reg. 25. g. Quinque filij Merob sororis eius dicuntur filij Michol. 2. Reg. 21. b. quia illos quasi mater nutrauit & milituit.
- Milcho* Sacerdos in diebus Ioachim. 2. Efd. 12. a.
- Miphiboseth* filius Ionathæ de tribu Benjamin pater Micham. 2. Reg. 9. d. Dicitur etiam *Meribaal*. 1. Par. 8. d.
- Alius* filius Saulis Regis è *Respha* concubina, frater veteris *Armoni*. 2. Reg. 21. b.
- Misaam* filius *Elphaal* de tribu Benjamin, frater *Heber*, & *Samad*. 1. Par. 8. b.
- Misach* de tribu Iuda, qui & *Misael*. Dan. 1. b.
- Misael* idem cum præcedenti.
- Alius* filius *Oziel* Leuites, frater *Elisaphã*, & *Sethri*. Exod. 6. c.
- Alius* post captiuitatem *Babylonicam*, aut forte idem cum priori. 2. Efd. 8. a.
- Mithridites* thesaurus Regis Cyri, filius *Gazabar*. 1. Efd. 1. d.
- Alius* ex his, qui impediabant ædificationẽ templi. 1. Efd. 4. b.
- Mnaſon* Cyprius. Act. 21. e.
- Mneſteus* pater *Apollonij*. 2. Mich. 4. c.
- Moaſ* filius *Loth* è maiore eius filia princeps *Moabitum*. Gen. 19. g.
- Alius* de filijs *Phahath*, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. d.
- Moada* Sacerdos & princeps in diebus Ioachim. 2. Efd. 12. a.
- Mobonnai* *Huſathites* è triginta fortibus *Dauid*. 2. Reg. 23. d. vocatus etiam *Sobochai*. 1. Par. 11. f.
- Michori*, pater *Ozi* de tribu Benjamin. 1. Par. 9. b.
- Mohola* filius *Reginæ* sororis *Galaad*, de tribu *Manaſſe*, frater *Viridecori*, & *Abiezer*. 1. Paral. 7. d.
- Moholi* filius *Merari* *Lenites*, & frater *Muſi*. Exod. 6. c. pater *Lobni*. 1. Par. 6. c. Dicitur etiam pater *Eleazar*, & *Cis*. 1. Para. 23. c.
- Alius* filius *Muſi* *Merarites* pater *Somer*. 1. Par. 6. d.
- Molchom* filius *Saharaim* & *Hodes* de tribu Benjamin, frater *Iobab*, & aliorum quinque. 1. Par. 8. a.
- Molid* filius *Abitur* & *Abihail* de tribu Iuda, frater *Ahobban*. 1. Par. 2. d.
- Moos* filius *Ram* de tribu Iuda, frater *Iamin* & *Achar*. 1. Par. 2. d.
- Mophim* filius Benjamin, frater *Bela*, & aliorum octo. Gen. 46. c.
- Mofa* filius *Saharaim* & *Hodes* de tribu Benjamin, frater *Molchom*, & aliorum quinque. 1. Par. 8. a.
- Alius* filius *Zamri* de ſtirpe *Saul*, pater *Banaa*. 1. Par. 8. d.
- Alius* filius *Caleb* ex *Epha* concubina de tribu Iuda, frater *Haran*, & *Gezez*. 1. Paral. 2. f.
- Molobab* princeps in tribu *Simeon*. 1. Paral. 4. f.
- Moloch* filius *Iapheth*, frater *Gomer*, & aliorum quinque. Gen. 10. a.
- Alius* filius *Seim*, id est, nepos, vtpote filius *Aram*. 1. Par. 1. a. vocatus *Mes*. Gen. 10. c.
- Mofollam* filius *Zorobabel* de ſtirpe *Dauid*. Habuit ſororem *Salomith*, & ſex fratres. 1. Par. 3. d.
- Alius* filius *Abihail* de tribu *Gad*. 1. Par. 5. c.
- Alius* filius *Elphaal* de tribu Benjamin. 1. Par. 8. b.
- Alius* filius *Oduia* de tribu Benjamin, pater *Salo*. 1. Par. 9. b.
- Alius* filius *Saphatiz* eiufdem tribus. ibidem.
- Alius* Pontifex filius *Sadoc*, pater *Helciz*. ibid.
- Alius* Sacerdos filius *Mofollamith*, pater *Iezra*. ibid.
- Alius* *Caathites* præfectus operis templi tempore *Iofia*. 2. Para. 34. c.
- Alius* de filijs *Bani*, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. d.
- Alius* filius *Betodia*, qui ædificauit portam veterem *Ierusalem*. 2. Efd. 3. b.
- Alius* filius *Barachiz*. 2. Efd. 3. a. fuit ſocer *Iohanan* filij *Tobia*. 2. Efd. 6. d.
- Alius* filius *Ioed* pater *Sellum* de tribu Benjamin. 2. Efd. 11. b.
- Item duo Sacerdotes ponuntur. 2. Efd. 10. a. 12. a.
- Mofollamith* Sacerdos filius *Emmer*, pater *Mofollam*. 1. Par. 9. b.
- Mofollamoth* pater *Barachiz* de tribu *Ephraim* tempore *Achaz*. 2. Par. 28. b.
- Alius* de Sacerdotibus, qui aſcenderunt de *Babylonç*. 2. Efd. 11. b.
- Moyſes* filius *Amram*, & *Iochabed*, frater *Aaron* de tribu *Leui*. Exod. 6. d. frater etiam *Mariz*. Exod. 15. c. Genuit è *ſephora* vxore *Gerſam*, & *Eliezer*. Exod. 2. d.
- Munim* *Nathinæus*. 1. Efd. 2. c.
- Muſi* filius *Merari* *Leuites*. Exod. 6. c. pater *Moholi*. 1. Par. 6. d. Item pater *Eder*, & *Ierimoth*. 1. Par. 23. c.

Naaman

I N D E X.

N.

- Niinan* princeps militiæ Regis Syriæ. 4. Reg. 5. a.
Alius filius Benjamin, frater B. Ia, & aliorum octo Gen. 36. c.
Alius filius Bale de tribu Benjamin; frater *Asdar*, & aliorum septem. 1. Paral. 8. a.
Naara vxor *Affur*, mater *Oozam*, & aliorum trium in tribu Iuda. 1. Par. 4. a.
Naarai filius *Asai* è triginta fortibus *Dauid*. 1. Par. 11. g.
Alius Berothites armiger *Ioab*. 1. Par. 11. g.
Naria filius *Semera* de stirpe *Dauid*, per *Zorobabel*, pater *Ehoenai*, *Ezechia*, & *Ezricam*, frater *Hattus*, & aliorum quatuor. 1. Par. 3. d.
Alius filius *Ieti* de tribu *Simeon*, frater *Pualchra*, *Raphaia* & *Oziel*. 1. Paralip. 4. g.
Naas Rex *Ammon*. 1. Reg. 11. a, pater *Hano* 2. Reg. 10. a. & pater *Sabi*. 2. Reg. 17. g.
Alius pater *Abigail* & *Saruia*. 2. Reg. 17. g.
Nabaioth primogenitus *Ismaelis*, frater *Cedar*, & aliorum decem. Gen. 25. b. habuit sororem *Maheleth* vxorem *Esau*. Genes. 28. b.
Nabal Carmelus de genere *Caleb* de tribu *Iuda*, maritus *Abigail*. 1. Reg. 25. a.
Nabath de tribu *Ephraim*, genuit è *Saruia* vidua *Ieroboam* 3. Reg. 11. e.
Alius consobrinus *Tobia* de tribu *Nephtali*. Tob. 11. d.
Naboth *Iezraelites*, quem lapidari fecit *Iezabel*. 3. Reg. 21. a.
Nabuchodonosor Rex *Babylonis*. 4. Reg. 24. a. Fuit pater *Merodach*. 4. Reg. 25. g. & etiã fuit pater *Balthasaris* *Baruch*. 1. b. Aiunt autem *Chalæorum* Reges hoc nomine solitos appellari, vt apud *Egyptios* *Pharaones*.
Alius Rex *Assyriorum*, qui regnabat in *Ninive*. Iud. 1. a.
Nabuzeban vnus è principibus *Nabuchodonosor*. Iere. 39. c.
Nabuzardan princeps exercitus *Nabuchodonosor*. 4. Reg. 25. b.
Nachon in cuius area mortuus est *Oza*. 2. Reg. 6. a. vocatur etiam *Chidon*. 1. Paral. 13. c.
Nachor filius *Sarug*, pater *Thare*. Gen. 11. c.
Alius filius *Thare* frater *Abraham*, maritus *Melchæ* sororis *Lot*. Genes. 11. d. E qua genuit *Hus*, & alios septem filios: è con-

cubina verò *Re* magenuit *Tabee*, & alios tres. Gen. 27. d.

Nadab filius *Aaron* & *Elisabeth* Sacerdos, frater *Abiu*, & *Ezezar*, & *Iihamar*. Lxxd. 6. d.

Alius filius *Ieroboam* de tribu *Ephraim*, occisus à *Baala*. 3. Reg. 17. e.

Alius filius *Semuel* de tribu *Iuda*, pater *Saled*, & *Appham*, frater *Abiur*. 1. Paralip. 2. d.

Alius filius *Abigabaon*, & *Maacha* de tribu *Beniamin*, frater *Abecn*, & aliorum septem. 1. Par. 8. c.

Nadab filius *Iechonia* Regis *Iuda*, frater *Sathiel*, & aliorum sex. 1. Par. 3. c.

Nagge filius *Maath*, pater *Helli* de stirpe *Dauid* per *Nathan*. Luc. 3. f.

Nahaon filius *Vapli* de tribu *Nephtali* explorator terræ promissionis. Numer. 13. a.

Naham filius *Caleb* de tribu *Iuda*, frater *Hir* & *Ela*. 1. Para. 4. c.

Alius frater *Odaiæ* vxoris *Mered*, qui dicitur *Ceila*, id est, princeps illius loci. 1. Paral. 4. d.

Nahamani post reditum è *Babylone*. 2. Esdr. 7. b.

Naharai Berothites armiger *Ioab*, è triginta fortibus *Dauid*. 2. Reg. 3. d.

Nahaton filius *Aminadab*, frater *Elmabeth* vxoris *Aaron*. Exo. 6. c. pater *Salmon* de tribu *Iuda*. Ruth. 4. d.

Nahath filius *Rahuel*, frater *Zara*, & *Samma*, & *Meza*. Gen. 36. b.

Alius filius *Sopha* *Caathites* pater *Eliab*. 1. Paral. 6. b. Vbi vocatur etiam *Thohu* filius *Suph*.

Alius *Leuites* curator horreorum templi tempore *Ezechia* Regis. 2. Par. 31. c.

Nahum *Elcæsaus* *Propheta* vnus è duodecim minoribus. Nah. 1. a.

Alius filius *Helli*, pater *Amos* de stirpe *Dauid* per *Nathan*. Luc. 3. f.

Alius ex ijs qui redierunt de *Babylone*. 2. Esdr. 7. b. Dicitur etiam *Rehum*. 1. Esdr. 2. a.

Namsi pater *Iehu* Regis *Israel*. 3. Reg. 19. c. Dicitur etiam pater *Ielaphat*, & auus *Iehu*. 4. Reg. 9. a.

Namuel filius *Eliab* de tribu *Ruben*, frater *Dathan*, & *Abiron*. Num. 26. a.

Abus filius *Simeon*, frater *Iamin*, & aliorum sex. 1. Paral. 4. d. Dicitur etiam *Iemuel*. Gen. 46. b.

Naphis filius *Ismaelis*. Gen. 25. b.

I N D E X.

- Narcissus, cuius meminit Paulus. Roman. 16. b.
- Natus Nathinæus post captiuitatem Babyloniam. 1. Efd. 2. c.
- Nathan filius Dauid natus in Ierusalem. frater Samua, & aliorum nouen. 2. Reg. 5. c. mater eius fuit Bethabee. 1. Par. 3. b. fuit pater Mathatha. Luc. 3. g.
- Alius Propheta tempore Dauid. 2. Reg. 7. a. pater Azariæ & Zabud. 3. Reg. 4. a.
- Alius pater Igaal de Soba. 2. Reg. 23. d.
- Alius frater Ioel viri fortis Dauid. 1. Paral. 11. g.
- Alius filius Ethei de tribu Iuda, pater Zabab. 1. Para. 2. c.
- Alius princeps post captiuitatem Babyloniam. 1. Efd. 8. c.
- Alius de filijs Bani, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. d.
- Nathan Melech eunuchus tempore Iosifæ Regis. 4. Reg. 23. c.
- Nathanael filius Suar princeps tribus Issachar. Num. 1. a.
- Alius filius quartus Issai frater Dauid, & aliorum quinque fratrum, & duarum sororum. 1. Para. 2. b.
- Alius Sacerdos tempore Dauid. 1. Par. 15. c.
- Alius pater Semeiæ scribæ Leuites tempore Dauid. 1. Para. 24. b.
- Alius filius Obedelom ianitor portæ australis templi, frater Semeiæ & aliorum sex. 1. Para. 26. a.
- Alius princeps institutus à rege Iosaphat ad docendum populum. 2. Par. 17. b.
- Alius Sacerdos de filijs Pheshur, habuit vxorem alienigenam. 1. Efd. 10. c.
- Alius Leuites frater Choneniæ, & Semeiæ tempore Iosifæ. 2. Para. 35. b.
- Alius discipulus Christi è septuaginta. Ioann. 1. f.
- Nathanias filius Elisama, pater Ismahelis de femine Regio tribus Iuda. 4. Reg. 25. f.
- Alius filius Alaph cantor Gersonites, frater Zacchur. 1. Par. 25. a.
- Alius Leuites institutus à Rege Iosaphat, ad docendum populum. 2. Par. 17. b.
- Alius filius Salathiel de tribu Simcon, pater Enan. Iud. 8. a.
- Alius filius Selemiæ, pater Iudi. Ierem. 36. d.
- Naue pater Iosue successoris Moyfi. Ecclesiast. 46. a. Dicitur etiam Nun. Exod. 33. c.
- Nebai tempore reconstructionis Ierusalem. 2. Efd. 10. a.
- Nebo de cuius filijs nonnulli acceperunt vxores alienigenas. 1. Efd. 10. d.
- Necho Pharao Rex Ægypti tempore Iosifæ, Iochaz & Eliaua Regum Iuda. 4. Reg. 23. f.
- Nehoda Nathinæus post captiuitatem Babyloniam. 1. Efd. 2. c.
- Alius cuius filij nequiverunt monstrare genus Sacerdotale. 1. Efd. 2. d.
- Nehemias filius Helchiæ princeps. 2. Esdr. 1. a. frater Hanani. 2. Esdr. 7. a. fuit de genere Sacerdotali. 2. Mach. 1. e. vocatur etiam Atherfatha. 2. Efd. 8. c.
- Alius filius Azboch princeps dimidiæ partis vici Bethsur. 2. Efd. 3. d.
- Nemrod filius Chus, frater Saba, & aliorum quatuor. Gen. 10. a.
- Nepheg filius Iaar Leuites, frater Core, & Zichri. Exod. 6. c.
- Alius filius Dauid, frater Samua, & aliorum nouen, natus in Ierusalem. 2. Reg. 5. c.
- Nephtali filius Iacob è Bala ancilla Rachelis. Genet. 30. a. pater Iasiel, & aliorum trium. Gen. 46. c.
- Nephtum filius Mesraim, frater Ludim, & aliorum quatuor. Gen. 10. b.
- Nephusim Nathinæus post reditum è Babylone. 1. Efd. 2. c.
- Ner filius Iehiel & Maacha, pater Cis patris Saul. 1. Par. 9. g. Dicitur etiam frater alterius Cis. 1. Par. 9. f. Et vocatur Abiel. 1. Reg. 9. a.
- Alius filius Abiel, hoc est filius præcedentis, pater Abner. 1. Reg. 14. g.
- Neregel princeps Nabuchodonosor. Iere. 39. a.
- Alius eodem nomine exprimitur. ibid.
- Nereus quem salutat Paulus. Roma. 16. c.
- Nergel nomen idoli Cuthæorū. 4. Reg. 17. f.
- Neri filius Maasiæ pater Baruch. Iere. 32. b. & pater Saraiæ. Ierem. 51. g.
- Alius filius Melchi, pater Salathiel. Luc. 3. f.
- Nicanor filius Patrocli dux Antiochi Epiphani. 2. Mach. 8. b.
- Alius dux Demetrii aduersus Iudæos. 1. Mach. 7. d.
- Alius Cypriarches aduersarius Iudæorum tempore Machabei. 2. Mach. 12. a.
- Alius vnus è septem diaconibus ab Apostolis electis. Act. 6. a.
- Nicodemus Phariseus, qui venit ad Iesum nocte. Ioann. 3. a.
- Nicolaus profelytus Antiochenus. Act. 6. b. Ab hoc dicti sunt Nicolaitæ hæretici. Apoc. 2. c.

I N D E X.

Niger qui & Simon Propheta. Aq. 13. a.
 Noa filia Sulphaad de tribu Manasse, soror
 Maala, & altarum trium. Num. 26. d.
 Noadaia filius Ben-oi Leuites. 1. Efd. 3. g.
 Nobe de tribu Manasse. Num. 32. g.
 Noe filius Lamech, genuit Sem, Cam, & Ia-
 phet. Genes. 5. d.
 Noema filia Lamech & Sella, soror Tubal-
 caïn, habuit etiam fratres non uerinos
 Iabel, & Iubal. Gen. 4. d.
 Noeman filius Beia de tribu Benjamin, fra-
 ter Hered. Num. 26. e.
 Noemi vxor Elimelech de tribu Iuda, ma-
 ter Mahalon & Chelion, focrus Ruth, &
 Orpha. Ruth. 1. a.
 Noge filius Dauid habuit duodecim fratres,
 & vnâ sororem. 1. Para. 3. b.
 Nohaa filius Benjamin, frater Balæ & alio-
 rum trium. 1. Para. 8. a.
 Nohelta vxor Regis Ioakim, filia Elnathan
 mater Ioachin. 4. Reg. 24. b.
 Non populus meus filius Osæ Propheta,
 & Gomer, frater Iezraelis & Absque mi-
 sericordia. O. ex. 1. d.
 Numenius filius Antiochi legatus Ionathæ
 ad Romanos. 1. Macha. 12. c.
 Nun pater Iosue, filius Elisama de tribu E-
 phraim. 1. Para. 7. f. vocatur etiam Naue.
 Eccl. 46. a.
 Nympha Laodicensis. Coloss. 4. d.

O.

Obadia filius Izrahia, pater Michaelis, &
 aliorum trium. 1. Par. 7. a.
 Alius filius præcedentis, frater Michaelis,
 Ioelis & Iesæ. 1. Par. 7. a.
 Obdia filius Annan de stirpe Dauid, pater
 Secheniæ. 1. Par. 3. d.
 Alius filius Asel, frater Ezricam, & aliorum
 quatuor. 1. Par. 8. d.
 Alius filius Semeiæ. 1. Par. 9. c.
 Obdias de filijs Gad. 1. Par. 12. b.
 Alius Sacerdos tempore reconstructionis
 Ierusalem. 2. Efd. 10. a.
 Alius princeps institutus à Iosaphat ad eru-
 diendum populu. n. 2. Par. 17. b.
 Obed pater Gaal. Iud. 9. c.
 Alius filius Booz & Ruth de tribu Iuda, pa-
 ter Hai. Ruth. 4. d.
 Alius filius Ophlal de tribu Iuda, pater Je-
 hu. 1. Par. 2. e.
 Alius vnus è fortibus Dauid. 1. Par. 11. g.
 Alius filius Semeiæ Leuites iamitor portæ

australis templi, frater Othni, & aliorum
 quatuor. 1. Par. 26. 1.
 Alius pater Azariæ centurionis tempore
 Iouis Regis Iuda. 2. Par. 23. a.
 Obedon Getnaus Leuites iamitor por-
 tæ australis, pater Semeiæ, & aliorum se-
 ptem. 1. Par. 26. a.
 Alius cantor, filius Alithun Leuites. 1. Par.
 15. c. frater Gedolig, & aliorum quatuor.
 1. Par. 25. a.
 Obedia filius Iahiel. 1. Efd. 3. a.
 Alius Leuites iamitor tempore instauratio-
 nis Ierusalem. 2. Efd. 12. b.
 Ochozath amicus Regis Abimelech. Gen.
 26. e.
 Ochozias Rex Israel filius Achab, & Ieza-
 bel. 3. Reg. 22. f. frater Ioram. 4. Reg. 1. d.
 Alius filius Ioram Regis Iuda, & Achabæ fi-
 liæ Amri Regis Israel. 4. Reg. 8. f. Genuit
 Iouis. 4. Reg. 11. a. vocatur etiam Ioachaz.
 2. Par. 21. d.
 Ochran pater Phegiel de tribu Aser. Nu-
 mer. 1. a.
 Odaia Leuites tempore instauracionis Ie-
 rusalem. 2. Efd. 9. a.
 Alij duo ponuntur. 2. Efd. 10. a.
 Item altera vxor Mered, soror Naham de
 tribu Iuda, mater Elthamo de Machathi.
 1. Par. 4. d.
 Oded pater Azariæ Prophetae tempore Afa
 Regis Iuda. 2. Par. 15. a.
 Alius tempore Achaz, qui prophetauit cõ-
 tra filios Israel. 2. Par. 28. b.
 Oduia pater Iosue, & Cedmihel de tribu
 Leui. 1. Efd. 2. b.
 Oduia filius Asana de tribu Benjamin, pater
 Mosollam. 1. Par. 9. b.
 Alius filius Elioenai de stirpe Dauid per Zo-
 robabel, frater Eliasub, & aliorum quin-
 que. 1. Para. 3. d.
 Og Rex Basan percussus à filijs Israel. Nu-
 mer. 21. g.
 Oham Rex Hebron percussus à Iosue. Ios.
 10. a.
 Ohol filius Zorobabel de stirpe Dauid, fra-
 ter Hafabâ, & alioru septem. 1. Par. 3. c.
 Oholai filius Sefan de tribu Iuda. 1. Para-
 lip. 2. d.
 Oholi pater Zabab viri fortis tempore Da-
 uid. 1. Par. 11. g.
 Olla de tribu Aler, pater Aree, Haniel, &
 Resia. 1. Par. 7. g.
 Olympiades, quam salutat Paulus. Roma.
 16. c.
 Omar filij Eliphaz filij Esau. Gen. 36. b.

I N D E X.

- Omrai** filius Bonni de filijs Iuda per Phares. 1. Para. 9.a.
- Onani** filius Sobal, frater Aluan, & aliorum trium. Gen. 36.c.
- Alius** filius Ierameel, & Atara de tribu Iuda, pater Semei & Iuda. 1. Par. 2.d.
- Onan** filius Iudæ de filia Sue, frater Her & Sela. Genes. 38.a.
- Onesimus** Colossensis seruus Philemonis. Colos. 4.b. & ad Phil.
- Onesiphorus** Ephesius fuit Paulo Romæ in uiculis. 2. Timoth. 1.d.
- Ouias** pater Simonis Sacerdotis magni. Eccles. 50.a.
- Alius** summus Sacerdos tēpore Seleuci Regis. 2. Mach. 13.a. Habuit fratrem Ionē, qui cum pontificatu priuauit. 2. Machabæ. 4.a.
- Ouo** uidetur nomen loci, de cuius filijs, & de Lod, & Hadid redierunt è captiuitate Babylonica 725. uiri. 1. Efd. 2.b.
- Oolias** filius Achisamech de tribu Dan, socius Beseleel in operibus tabernaculi. Exod. 31.a.
- Oolibama** dux in terra Idumeorū. Ge. 36.d. Item filia Ang, vxor Elau, mater Iehus, Ihe-lon & Core. Gen. 36.a. uocatur etiam Iudith filia Beeri Hethæi. Gen. 26.f.
- Oozam** filius Assur, & Naara de tribu Iuda, frater Hopher, & Themani, & Ahatthari. 1. Para. 4.a.
- Opher** filius Madian, frater Epha, & aliorū trium. Gen. 25.a.
- Ophi** uidetur nomen uiri. Jerem. 40.c.
- Ophim** filius Benjamin, frater Bela, & aliorum octo. Genes. 46.c. Dicitur etiam Hupham. Num. 26.e.
- Ophir** filius Iectan, frater Elmodad, & aliorum undecim. Gen. 10.d.
- Ophlal** filius Zabab de tribu Iuda, pater Obed. 1. Par. 2.e.
- Ophni** filius Heli pontificis & Iudicis, frater Phinees. 1. Reg. 1.a.
- Ophra** filius Maonathi de tribu Iuda. 1. Paral. 4.b.
- Oreb** princeps Madianitarum occisus à tribu Ephraim. Iud. 7.g.
- Ornan** Iebulæus. 1. Par. 21.c. uocatur etiam Areuna. 2. Reg. 24.c.
- Orpha** Moabitis nurus Noemi & Elimelech, vxor Chelion. Ruth. 1.a.
- Osaias** princeps post captiuitatem Babylonicam, de tribu Iuda. 2. Efd. 12.c.
- Alius** pater Iezonia. Jerem. 42.a. Idem uidetur pater Azaria. Jerem. 43.a.
- Osee** filius Nun de tribu Ephraim. Num. 13. b. uocatur Ietue. Exo. 33.c. uocatur etiā Ielus Naue. Eccles. 46.a.
- Alius** filius Ozaziu dux tribus Ephraim tempore Dauid. 1. Par. 27.c.
- Alius** filius Ela, qui regnauit in Samaria nouen annis. 4. Reg. 17.a.
- Alius** filius Becri primus prophetarum minorum, habuit vxorem Gomer, & ex ea genuit duos filios, & vnā filiam. Osee. 1.a.
- Alius** caput populi tempore inuasionis Ierusalem. 2. Efd. 10.a.
- Othel** filius Ammiud descendens à Ioseph. 1. Par. 9.a.
- Othir** filius Heman Caathites, habuit tredecim fratres, & tres sorores. 1. Paralip. 25. b.
- Othni** filius Semeiz Leuites, frater Raphaelis, & aliorum quatuor. 1. Par. 26.a.
- Otholia** filius Ieroham de tribu Benjamin, frater Samiari, & aliorum quatuor. 1. Paral. 8. c.
- Othomiel** filius Cenez, frater Caleb iunior, maritus Axæ filia eiusdem Caleb, qui cepit Cariath Sepher. Ios. 15.d. Fuit frater Saraiz, & genuit Hathath, & Maonathi. 1. Par. 4.b.
- Oza** filius Abinadab Leuites, frater Ahio. 2. Reg. 6.a.
- Alius** Merarites filius Semei, pater Sammaa. 1. Par. 6.c.
- Alius** filius Gera de tribu Benjamin, frater Ahud. 1. Para. 8.a.
- Alius** in cuius horto sepultus est Manasses. 4. Reg. 21.c.
- Ozan** pater Phaltiel de tribu Issachar. Numer. 34.d.
- Ozaziu** Leuites cantor tempore Dauid. 1. Par. 15. c.
- Alius** pater Osee ducis tribus Ephraim tempore Dauid. 1. Par. 27.c.
- Ozi** filius Bocci pontifex de linea Eleazar, pater Zaria. 1. Par. 6.a.
- Alius** filius Thola de tribu Issachar, pater Izrahia, frater Raphaia, & aliorum quatuor. 1. Par. 7.a.
- Alius** filius Bela de tribu Benjamin, frater Esbon, & aliorum trium. 1. Par. 7.b.
- Alius** filius Mochori de tribu Benjamin, pater Ela. 1. Para. 9.b.
- Alius** pater Phalel post captiuitatem Babylonicam. 2. Efd. 3.f.
- Ozias** pater Ioatham Rex Iuda. 4. Reg. 15.g. ubi uocatur etiam Azarias.
- Alius** filius Vriel Caathites pater Saul: & vide-

I N D E X

videtur idem qui Azarias filius Sophonie
1. Para. 6. b. c.
 Alius Astarotates vnus è fortibus Dauid.
1. Par. 11. g.
 Abus pater Jonathan praefecti thesauris
Dauid. 1. Par. 27. d.
 Alius Sacerdos de filijs Harim, qui habuit
uxorem alienigenam. 1. Efd. 1. c.
 Abus filius Micha de tribu Simeon. *Ju-*
dith. 6. b.
 Alius filius Elai de tribu Simeon, pater *Io-*
ieph. *Jud.* 8. a.
 Oziaa Leuites de filijs Merari, pater Ben-
no 1. Par. 14. d.
 Oziel filius Caath, pater Mifael, Elisaphan
& Sethri. *Exod.* 6. c. fuit etiam pater *Mi-*
cha & *Iefia.* 1. Par. 23. c. & frater Amram,
Haar, & *Hebron.* 1. Para. 6. a.
 Alius filius Iefi princeps partis tribus Si-
meon. 1. Par. 4. g.
 Alius filius Bela de tribu Benjamin, frater
Esbon, & aliorum trium. 1. Par. 7. b.
 Alius pater Aminadab Leuites. 1. Paralip.
15. a.
 Alius filius Heman Caathites cantor tem-
pore Dauid. 1. Par. 25. a.
 Alius cantor de filijs Idithun tempore Re-
gis *Ezechia.* 2. Par. 29. c.
 Ozni filius Gad, à quo familia Oznitarum.
Num. 26. b. vocatur etiam *Eiebon.* *Gen-*
es. 46. b.
 Ozriel pater Ierimoth de tribu *Nephtha-*
li. 1. Paralip. 27. c.

P.

Pacificus cognomen Salomonis filij Regis
Dauid. 1. Para. 23. b.
 Parmenas vnus è septem diaconibus electis
ab *Apostolis.* *Act.* 6. a.
 Pitrobas, quem salutat Paulus. *Rom.* 16. b.
 Pitroclus pater *Nicanoris.* 2. *Macha.* 8. b.
 Paulus *Apostolus* de tribu Benjamin. *Phi-*
lippen. 3. b. Qui prius vocabatur *Saulus.*
Act. 9. c.
 Alius *Sergius Paulus* proconsul baptizatus
à Paulo. *Act.* 13. b.
 Persis quam salutat Paulus. *Rom.* 16. b.
 Petrus *Apostolus*, frater *Andrea.* *Mat-*
th. 4. c. Hoc nomen fuit illi impositum à
Christo, cum antea vocaretur *Simon*
Bariona. *Matth.* 16. c. Vocatus etiam
Cephas. *Ioan.* 1. f. Et etiam *Simon Ioan-*
nis. *Ioann.* 21. c.

Phacee filius *Remelia* Rex *Israel.* 4. *Reg.*
15. f.
 Phaccia filius *Manabem* Rex *Israel.* 4. *Reg.*
15. e.
 Phadaias pater *Icel* ducis dimidiz tribus
Manassa. 1. Par. 27. c.
 Alius filius *Phatos*, qui edificauit partem
muni *Ierusalem.* 2. *Efd.* 3. f.
 Alius filius *Colai* de tribu Benjamin, pater
Iord. 2. *Efd.* 11. b.
 Alius pater *Zebia* de *Ruma* vxoris Regis
Iofia. 4. *Reg.* 23. 2.
 Alius filius *Iechonia*, pater *Zorobabel*, &
Semei. 1. Par. 3. d.
 Alius Leuites praefectus decimis. 2. *Efd.* 3. b.
 Phadador, pater *Gamaliel* de tribu *Ma-*
fa. *Num.* 1. a.
 Phadon *Nathanaeus* post captiuitatem *Pa-*
bylonicam. 1. *Efd.* 2. c.
 Phahath *Moab* de cuius stirpe plures reue-
runt è *Babylone.* 1. *Efd.* 2. a. fuit pater *Ma-*
sub. 2. *Efd.* 3. c.
 Phalahia tempore instaurationis *Ierusalem.*
2. *Efd.* 10. a.
 Phalea tempore instaurationis *Ierusalem.* 2.
Efd. 10. a.
 Phalg filius *Heber*, frater *Iectan.* *Gen.* 10.
d. pater *Reu.* *Gen.* 11. c.
 Phalel filius *Ozi* edificauit partem muni *Ie-*
rusalem. 2. *Efd.* 3. f.
 Phalet filius *Iahaddai* de tribu *Iuda*, frater
Regum, & aliorum quatuor. 1. Par. 2. f.
 Phaleth filius *Jonathan* de tribu *Iuda*, fra-
ter *Ziza.* 1. Para. 2. c.
 Phallet filius *Azmoth* de tribu Benjamin,
frater *Iaziel.* 1. Par. 12. a.
 Phathu filius *Ruben*, frater *Heresh*, *Zebun*
& *Charmi.* *Genes.* 46. b. pater *Phat.* *Num-*
mer. 26. a.
 Phatu filius *Raphu* de tribu Benjamin, ex-
plerator terra promissionis. *Num.* 13. a.
 Alius filius *Lais* de *Galun*, cui tradidit *Saul*
Michol vxorem *Dauid.* 1. *Reg.* 25. g.
 Phatias filius *Hanania* pater *Iefie* de stir-
pe *Dauid*, per *Zorobabel.* 1. Par. 3. d.
 Alius filius *Iefi* princeps partis tribus *Si-*
meon, frater *Naariz*, *Raphaia*, & *Oziel.*
1. Paral. 4. g.
 Phaltiel filius *Oza* princeps tribus *Issachar*
diuisor terra promissionis. *Num.* 34. d.
 Phaniel filius *Sefac* de tribu Benjamin. 1.
Para. 8. c.
 Alius filius *Hur* de tribu *Iuda*, frater *Ezer*, &
dicitur pater *Gedor*, id est, princeps. 1. *Pa-*
ra. 4. a.

I N D E X

- Alius pater *Anna* prophetae de tribu *A-*
ser. Luc. 2. e.
 Phari paer *Gedeonis.* Iud. 7. c.
 Pharasie *Abi* unus e triginta fortibus *Da-*
uid. 2. Reg. 23. d. vid. curidam qui *Naa-*
sal filius *Asbat.* 1. Par. 11. g.
 Pharam Rex *Ierimoth* occisus a *Iosue.* Io-
 hu. 10. a.
 Pharo Rex *Egypti* tempore *Abrahæ.*
Genes. 12. d. A quo vel ab alio priore
 Reges *Egypti* vocabantur *Pharaones,*
 quemadmodum apud *Romanos* impe-
 ratores dicuntur *Cæsares.* Quæ conue-
 tudo duravit usque ad *Alexandri Magni*
 tempora, post quem ingressi sunt *Ptolo-*
mai.
 Alius fuit tempore *Ioseph,* qui ipsum exal-
 tauit. *Gen.* 40. a.
 Alius qui cepit affligere filios *Israël.* E-
 xod. 1. b.
 Alius qui submersus est in mari rubro, cu-
 ius induratum est cor. *Exod.* 5. a.
 Alius cognomento *Ephree,* cuius meminit
Ierem. 44. g.
 Alius cognomento *Nechao,* qui instituit
Ioachim Regem *Iuda.* 4. Reg. 23. f.
 Alius pater *Bethizæ.* 1. Par. 4. c.
 Ah, nonnulli exprimuntur, qui per tem-
 pora distingui possunt.
 Phares filius *Iudæ* & *Thamar,* pater *Heslô,*
 & *Hamul,* frater *Zaræ,* & aliorum trium.
 1. Para. 2. a. Ad hoc familia *Pharesitarû.*
Num. 26. c.
 Alius filius *Machir* & *Maacha* de tribu *Ma-*
nasse, pater *Vlam,* & *Recem,* & frater *Sa-*
res. 1. Par. 7. c.
 Pharuch pater *Elisaphan* de tribu *Zabulô.*
Num. 34. d.
 Pharos de cuius stirpe plures reuersi sunt e
Babylone. 1. Esd. 2. a. pater *Remetæ,* &
 aliorum sex. 1. Esd. 10. d. genuit etiam
Phadaam. 2. Esd. 3. f.
 Pharandatha filius *Aman,* frater *Delphon*
 & aliorum octo. *Esth.* 9. b.
 Pharusia de seruis *Salomonis* post captiui-
 tatem *Babylonicam.* 1. Esd. 2. c.
 Pharus pater *Iosaphat* tempore *Salomo-*
nis. 3. Reg. 4. b.
 Phasa *Nithinaus.* 1. Esd. 2. c. pater *Ioiada.*
 2. Esd. 3. b.
 Phaspha filius *Iether* de tribu *Aser,* frater
Iephone & *Ara.* 1. Par. 7. g.
 Phassar filius *Melchizæ* Sacerdos, pater *Ie-*
roham. 1. Par. 9. b. Dicitur autem *Ierohâ*
 eius filius, quia erat ex eius genere, nem-
 pe filius *Phelæ* & filij *Amis,* filij *Zarha-*
na, quoniam nomen *Phasari.* 2. Esd. 11. b.
 Alius filius *Simmer* pater *Ierem.* 2. o. a. pater
Gudolæ. 1. Esd. 38. a. De filijs alterius illor-
 um iohannes 1247. c. *Phasari.* 1. Esd. 11.
 2. b. & plures acceperunt uxores alieni-
 genas. 1. Esd. 10. d.
 Phataia *Leuites,* qui habuit uxorem alieni-
 genam. 1. Esd. 10. c.
 Phataha filius *Melezebel* de tribu *Iuda*
 per *Zaram.* 2. Esd. 11. c.
 Phatucl pater *Ioelis* Prophetæ. *Ioel.* 1. a.
 Phedael filius *Amiud* princeps tribus
Nephtali. *Num.* 34. d.
 Phegiel filius *Ochrâ* princeps tribus *Aier.*
Num. 1. a.
 Phelalia Sacerdos filius *Amis,* pater *Iero-*
ham. 2. Esd. 11. b.
 Pheldas filius *Nachor* & *Melcha,* frater *Bar-*
thuel, & aliorum decem. *Gen.* 22. d.
 Pheleia filius *Elioenai* de stirpe *Dauid,* fra-
 ter *Ogna,* & aliorum quinque. 1. Par. 3. d.
 Pheleth pater *Hon* de tribu *Kubê.* *Num.* 16. a.
 Phelti Sacerdos in diebus *Ioachim.* 2. Esd.
 12. a.
 Pheltia tempore instaurationis *Ierusalem.*
 2. Esd. 10. a.
 Pheltias filius *Banaizæ* princeps populi. *E-*
zechi. 11. a.
 Phenenna vxor *Elcana* patris *Samuelis.* 1.
Reg. 1. a.
 Phermesta filius *Aman,* frater *Delphon,* &
 aliorum octo. *Esth.* 9. b.
 Pheffe filius *Elthon* de tribu *Iuda,* frater
Bethrapha, & *Theinna.* 1. Par. 4. b.
 Pheteia Sacerdos decimæ nonæ sortis tem-
 pore *Dauid.* 1. Par. 24. b.
 Phetrusim filius *Mesram,* frater *Ludim,* &
 aliorum quatuor. *Gen.* 10. b.
 Phicol princeps exercitus *Abimelech* *Re-*
gis Geraræ. *Gene.* 21. c.
 Phigellus *Asianus* aduersarius *Pauli.* 2. *Tim-*
oth. 1. d.
 Phylarches aduersarius *Iudæorum* sub *Ni-*
canore. 2. *Mach.* 8. g.
 Philemon, ad quem scripsit *Paulus* episto-
 lam. *Philem.*
 Philetus qui dicebat resurrectionem iam
 factam. 2. *Timoth.* 2. c.
 Philippus Rex *Macedonum,* pater *Alexan-*
dri Magni. 1. *Mach.* 1. a.
 Alius quem *Antiochus Epiphanes* moriens
 filij sui *Antiochi* tutorem instituit. 1.
Macha. 6. b. Idem qui rebellauit contra
Eupatorem. 2. *Mach.* 13. f.

Alius

I N D E X.

- Alius Rex Ceteorum cognomine Peries.**
1. Mach. 8. a.
Alius dux Antiochi Epiphaniis relictus Ierofolymis ad Iudæos affligendos. *2. Machab. 5. d.*
Alius Apostolus vocatus à Christo. *Matth. 10. a.*
Alius diaconus, qui prædicauit Samaritis, & baptizauit Eunuchum. *Act. 6. a.*
Philologus, quæ salutat Paulus. *Rom. 16. c.*
Phinees filius Eleazar, de filia Phutiel, pontifex post patrē. *Exod. 6. d. pater Abisue successoris in pontificatu. 1. Par. 6. a.*
Alius filius Heli pontificis de linea Ithamar, frater Ophni. *1. Reg. 1. a. vxor eius moriens peperit filium Ichabod. 1. Reg. 4. d. Genuit etiam Achitob. 1. Reg. 14. a.*
Alius filius Eleazari Leuites Dux ianitorum templi. *1. Par. 9. d.*
Alius Leuites pater Eleazari post captiuitatem Babylonicam. *1. Efd. 8. f.*
Painon Dux in terra Idumæorum. *Genes. 36. d.*
Paithon filius Michæ de stirpe Saul, frater Melech, Iharaa & Ahaz. *1. Par. 8. d.*
Phlegontis, quæ salutat Paulus. *Rom. 16. b.*
Phochereth post captiuitatem Babylonicam. *1. Efd. 2. c.*
Phoebe Cenchenensis cõmendata ab Apostolo Paulo. *Rom. 16. a.*
Phollathi octauus filius Obededom tempore Dauid, frater Semeiæ & aliorum sex. *1. Par. 26. a.*
Phoratha filius Aman, frater Delphon, & aliorum octo. *Esth. 9. b.*
Phosech filius Iephlat de tribu Aser, frater Chamaal, & Aloth. *1. Par. 7. f.*
Phua filius Issachar, frater Thola, & Iob, & Semron. *Gen. 46. b.*
Alius pater Thola de tribu Issachar. *Iudic. 10. a.*
Alia obstetrix Ægyptiorum. *Exo. 1. c.*
Paul Rex Assyriorum, cui dabat tributum Rex Manahem. *4. Reg. 15. d.*
Phuth filius Cham, frater Chus, Mesraim, & Chanaan. *Gen. 10. a.*
Phutiel pater vxoris Eleazar. *Exo. 6. d.*
Pilatus idem qui Pontius Pilatus.
Pontius Pilatus procurator Iudææ, qui condemnauit Christum ad mortem. *Matth. 27. a.*
Portius Festus præses Iudææ successor Felix. *Act. 24. g.*
Posidonius legatus Nicænoris ad Machabæum. *2. Mach. 14. c.*
Prisca salutata à Paulo. *Rom. 16. a. Vocatur etiam Priscilla. Act. 18. a.*
Priscilla vxor Aquilæ Iudæi. *Act. 18. a. Dicta etiam Prisca. Rom. 16. a.*
Prochorus vnus è septem Diaconibus ab Apostolis electis. *Act. 6. a.*
Ptolomæus & Cleopatra Reges tempore Asueri. *Esth. 11. a.*
Alius filius Dosithei Levitici generis. *Esth. 11. a.*
Alius pater Lyfimachi interpretis Ierofolymitani. *Esth. 11. a.*
Alius Rex Ægypti, qui tradidit filiã Cleopatram vxorem Alexandro, deinde Demetrio. *1. Mach. 10. e.*
Alius filius Abobi gener Simonis Machabæi, qui occidit ipsum Iocerum, & Iudã & Matthathiam filios eius. *1. Machab. 16. b.*
Alius Dux Antiochi, qui fecit absolui Mene-laum. *2. Mach. 4. g.*
Alius filius Dorymini Dux Lyfiæ aduersus Iudæos. *1. Mach. 3. e.*
Publius princeps in Melita. *Act. 28. b.*
Pudens fidelis salutatus à Paulo. *2. Timoth. 4. d.*
Putiphar Eunuchus Pharaonis, cui Madianitæ vendiderunt Ioseph. *Gen. 37. g.*
Putiphare Sacerdos Heliopoleos, pater Afeneth vxoris Ioseph. *Gen. 41. f.*
Pyrrhus Beræensis, pater Sopatris. *Act. 20. a.*

Q.

- Quartus cuius meminit Paulus.** *Roman. 16. d.*
Qui stare fecit Solem, Hebraicè Iocim, filius Sela, filij Iudæ, frater Her, & aliorum plurium. *1. Para. 4. d.*

R.

- Raia Nathinzus.** *2. Efd. 7. e.*
Raamias de filijs prouinciarum, qui ascenderunt cū Zorobabel. *2. Eld. 7. b. Dictus etiam Rahelaia. 1. Efd. 2. a.*
Rabfates de Lachis Dux Regis Assyriorum contra Ezechiam. *4. Reg. 18. e.*
Rabfates princeps Nabuchodonosor. *Ierem. 39. a.*
Rabfatis Dux Regis Assyriorum contra Ezechiam. *4. Reg. 18. c.*

I N D E X

- Rachel filia Labā, vxor Jacob, & soror Lię. Gen. 29. a. mater Ioseph. Gen. 30. a. & mater Benjamin. Gen. 35. c.
- Rathai quintus filius Itai, frater David, & aliorum quinque, & habuit sorores Sarvia & Abigail. 1. Para. 2. b.
- Ragau filius Phaleg, & pater Sarug. Luc. 3. g. vocatur etiam Reu. Gen. 11. c.
- Raguel Madianita pater Hobab. Num. 10. c. Dicitur etiam Iethro. Exo. 2. c.
- Alius de tribu Nephtali, qui genuit ex Anna vxore Saronum Tobiaz. Tob. 7. d.
- Rahab meretrix, quę peperit Booz de Salmon. Math. 1. a.
- Rahobia filius Eliezer, & pater Isaia de stirpe Moyli. 1. Par. 26. c. vocatur etiā Rohobia. 1. Par. 23. a.
- Raham filius Samma de tribu Iuda, dicitur pater Iercaam, quod forte est nomen loci, cuius erat domus. 1. Par. 2. f.
- Rahelaia de filiis Prouincię, qui ascenderunt cum Zorobabel de Babylone. 1. Esdr. 2. a. Dicitur etiam Raamias. 2. Esdr. 7. b.
- Rahuel filius Esau & Basemath, pater Nathath & aliorum trium Gen. 36. a.
- Alius filius Iebania de tribu Benjamin, pater Saphatia. 1. Par. 9. a.
- Rai filius Sobal de tribu Iuda pater Iathath. 1. Par. 4. a.
- Ram filius Hebron, pater Aminadab de tribu Iuda. Ruth. 4. d. frater Ierameel, & Cabibi. 1. Par. 2. a. Dicitur etiam Aram. Math. 1. a.
- Alius filius Ierameel de tribu Iuda, pater Moos, Iamin, & Achar, frater Buna & aliorum quatuor. 1. Par. 2. d.
- Alius de cuius stirpe erat Eliu. Job. 32. a.
- Ra noth de filiis Bani, qui habuit vxorem alienigenam. 1. Esdr. 10. c.
- Rapha filius Ephraim, frater Reseph & Thale, & etiam Bena & Sarx. 1. Par. 7. c. & frater trium filiorum Ephraim, qui referuntur. Num. 26. d.
- Alius filius Benjamin, frater Balæ, & aliorum trium. 1. Para. 8. a.
- Alius filius Banaa de stirpe Saul, pater Elafa. 1. Para. 8. d.
- Raphael filius Semeia Leuites ianitor tempore Dauid, frater Onni & aliorum quatuor. 1. Para. 26. a.
- Alius Angelus, qui comitabatur Tobiam in iorem. Tob. 12. c.
- Raphaia filius Ieseia de stirpe Dauid per
- Zorobabel, pater Arnan. 1. Par. alipon. c. 3. d.
- Alius filius Hur tempore restaurationis Ierusalem. 2. Esdr. 3. b.
- Alius filius Iesi princeps partis tribus Simeon. 1. Par. 4. g.
- Alius filius Thola de tribu Issachar, frater Ozi & aliorum quatuor. 1. Par. 7. a.
- Raphaim filius Achitob de tribu Simeon, pater Gedeon. Iud. 8. a.
- Raphu pater Phalti de tribu Benjamin. Num. 13. a.
- Rasin Rex Syrię qui afflixit Iudęos. 4. Reg. 16. a.
- Alius Nathinazus post captiuitatem Babylonicam. 1. Esdr. 2. c.
- Razias, qui percussit se gladio. 2. Machab. 14. f.
- Razon filius Eliada Rex Damasci. 3. Reg. 11. e.
- Rebe princeps Madianitarum occisus a filiis Israel. Num. 31. b.
- Rebecca filia Bathuelis vxor Isaac, cui genuit Iacob & Esau geminos, & soror Laban. Gen. 24. b. & 25. c.
- Rebmag princeps Nabuchodonosor. Ierem. 39. a.
- Recem princeps Madianitarum occisus a filiis Israel. Num. 31. b.
- Alius filius Hebron de tribu Iuda, pater Sammai, frater Core, Taphua, & Samma. 1. Par. 2. f.
- Alius filius Phares de tribu Manasse, frater Vlam. 1. Par. 7. d.
- Recha non videtur nomen alicuius personę. 1. Par. 4. b.
- Rechab filius Remmon de tribu Benjamin interfectoꝝ Ioboth. 2. Reg. 4. b.
- Alius pater Ionadab de tribu Iuda. 1. Par. 2. g. Ab hoc dicti sunt Rechabita. Jer. 35. a.
- Alius pater Melchic tempore institutionis Ierusalem. 2. Esdr. 3. c.
- Regina soror Galaad, peperit Virum decorum, & Abiezer, & Mohola. 1. Par. 7. d. Hebraicę vocatur Moleheth.
- Regma filius Chus, pater Saba & Dadan, frater Saba, & aliorum trium. Gen. 10. a.
- Regom filius Iahaddai de tribu Iuda, frater Ioathan, & aliorum quatuor. 1. Paral. 2. f.
- Rechum de filiis prouincię, qui ascenderunt cum Zorobabel de Babylone. 1. Esdr. 2. a. Vocatur etiam Nahum. 2. Esdr. 7. b.

Alius

I N D E X

- Alius* Leuites filius Benni, qui edificauit partem Ierusalem. 2. Etd. 3. d.
Alius qui fuit caput populi. 2. Etd. 10. a. Forte hi tres sunt uos uel duo.
Rei qui interfuit cum Adonia, cum uolebat fieri Rex. 3. Reg. 1. a.
Rei filius Ioel de tribu Ruben, aut filius Miens. pater Hial. 1. Par. 5. a.
Remea de filijs Paarus, qui habuit vxorē alienigenam. 1. Etd. 10. d.
Remmon Berotites de tribu Benjamin, pater Rechab & Baana. 2. Reg. 4. a.
Refa filius Zorobabel pater Ioanna. Luc. 3. f.
Reseph filius Ephraim, frater Rapha & aliorum, quos uide in Rapha. 1. Par. 7. e.
Resia filius Olla de tribu Aser, frater Aree, & Haniel. 1. Par. 7. g.
Respha filia Aia concubina Saulis. 2. Reg. 3. b. Genuit Sauli Armoni & Mephiboseth. 2. Reg. 21. b.
Reu filius Phaleg, genuit Sarug. Gen. 11. c. Diffusetiam Ka. au. Luc. 3. g.
Reum Beelteem aduerfarius Iudæorum. 1. Etd. 4. b.
Rhode puella, quæ aperuit ostium Petro. Act. 12. a.
Ribai pater Ithai de Gabaath Benjamin. 2. Reg. 23. d.
Rinna filius Simon de tribu Iuda, frater Amnon, & Hama, & Thibon. 1. Par. 4. d.
Rphath filius Gomer, pater Atenez & Thogorma. Gen. 15. a.
Roaga filius Somer de tribu Aser, frater Ahi, & Haba, & Aram. 1. Par. 7. f.
Roboam filius Salomonis. 2. Reg. 12. a. Mater eius Naama Ammonitis. 2. Reg. 14. g. duxit vxores Mahalath filiam Ierimoth filij Dauid, & Abihail filiam Eliab, quæ peperit ei filios Iehus, & Somoriam, & Zoam. Post has quoque accepit Maachā filiam Abfalom, ex qua genuit Abiam & Ethai, & Ziza & Salomith. Habuit tandem vxores decem & octo, & concubinas sexaginta, ex quibus genuit viginti & octo filios, & sexaginta filias. 2. Paral. 11. d.
Rodochus Iudæus tempore Machabæorū. 2. Macha. 13. f.
Rogomelech, cuius meminit Zacharias Propheta. Zacha. 7. a.
Rohob pater Adarazer Regis Soba. 2. Regum. 8. a.
Alius Leuites post captiuitatem Babylonian. 2. Etd. 10. a.
Robeha filius Elizer filij Mo. 1. Par. 23. b. Dicitur etiam Kahaora. 1. Par. 26. c.
Romi concubina Nachor, cui peperit Tare, Gaham, Tamas & Maacha. Gen. 22. d.
Roneus pater Phacee regis Itrael. 4. Reg. 15. e.
Rememthiezer filius Moman Caathites tempore Dauid. 1. Par. 25. b.
Ros filius Beniamin, frater Bela & aliorum octo. Gen. 46. c.
ruben primogenitus Iacob & Liq. Gen. 29. d. pater Henoch, & alio ū triū. Gen. 46. c.
Alius pater Boen. Ioi. 15. b.
Alius de tribu Simeon, pater Simcon. Iudith. 8. a.
Rufus filius Simonis Cyrenæi, frater Alexandri. Mar. 15. b.
Alius quem salutat Paulus. Rom. 16. b.
Ruth moabitidis nurus Elimelech & Noemi. Ruth. 1. a. primo fuit vxor Mahalon, postea Booz, cui peperit Obed. Ruth. 4. c. d.

S.

- Saal* de filijs Bani, qui habuit vxorem alienigenam. 1. 1. 10. d.
Saaph filius Iahadda, frater Regom, & aliorum quatuor, & pater Sue. 1. Par. 2. f. ubi uocatur pater Madmeta, quia fuit dominus huius loci.
Saba filius Chus, frater Heuila, & aliorum trium. Gen. 10. 2.
Alius filius Regma, & frater Dadā. Ge. 10. a.
Alius filius Iectan, & frater Elmoad, & aliorum undecim. Gen. 10. d.
Alius filius Iectan filij Abraham & Cetura, frater Dadan. Gen. 25. a.
Sabania de Leuitis, qui redierunt de Babylone. 2. Etd. 10. a.
Sabatha filius Chus, frater Saba & aliorum trium. Genes. 10. a.
Sabatacha filius Chus, frater Sabatha, & aliorum trium. Gene. 10. a.
Saber filius Caleb è Maacha concubina de tribu Iuda, frater Tharana. 1. Par. 2. t.
Sachar filius Obededom Leuites ianitor tempore Dauid, frater Semeiz, & aliorum sex. 1. Para. 26. a.
Alius pater Ahiam Ararites. 1. Par. 11. g. uocatus etiam Sarar. 2. Reg. 23. d.
Sadoc filius Achitob pontifex de linea Eleazar, pater Achimaa. 1. Par. 6. a. & pater Azaria. 3. Reg. 4. a.
Alius filius alterius Achitob, & pater Sellā de eadem linea Eleazar. 1. Par. 6. a.

I N D E X.

- Alius Sacerdos filius Maraioth, pater Mo-**
foliam. 1. Par. 9. b.
Alius filius Baana reedificator muri Ieru-
salem. 2. Etd. 3. a.
Alius filius Emmer Sacerdos. 2. Etd. 3. f.
Alius scriba super decimas, qui videtur Le-
uites. 2. Etd. 13. b.
Alius filius Azor de stirpe David, pater
Achim. Matth. 1. c.
Alius pater I. rufa vxoris Ozix. 4. Reg.
15. g.
Sage pater Ionathã Ararites tempore Da-
uid. 1. Par. 11. f. vocatus etiam Iassen. 2.
Reg. 23. d.
Saharaim de tribu Benjamin, habuit tres
vxores Hulim, Bara, & Hodas, & de hac
genuit Iobab, & alios sex filios. 1. Pa-
ral. 8. a.
Salai pater Azuba matris Iosaphat Regis
Iudæ. 3. Reg. 22. f.
Salamiel filius Suritaddai princeps tribus
Simeon. Num. 1. a.
Salathi princeps in Manassæ venit ad Da-
uid in Siceleg. 1. Par. 12. d.
Salathiel filius Iechoniæ de stirpe David
per Salomonem, frater Afir, & aliorum
sex. 1. Paral. 3. c. fuit pater Zorobabel.
Matth. 1. b.
Alius filius Neri, pater alterius Zorobabel
de stirpe David per Nathan. Luc. 3. f.
Alius filius Simeon de tribu Simeon, pater
Nathanix. Iud. 8. a.
Sale filius Arphaxad, pater Heber. Ge-
nes. 10. d.
Salel filius Nedab de tribu Iuda, frater Ap-
phaim. 1. Par. 2. d.
Salemoth filius Itari Caathites, pater Ia-
hath. 1. Par. 24. d. Dicitur etiã Salomith.
1. Par. 23. b.
Saleph filius Iectan, frater Elmodad, & a-
liorum vniescim. Gen. 10. d.
Salleth filius Nephthali, frater Iasiel, &
Guni, & Ieter. Gene. 46. c. Dicitur etiam
Sellum. 1. Paral. 7. c. Et Sellem. Nu-
mer. 26. f.
Salma filius Nahasson de tribu Iuda, pater
Booz. 1. Paralip. 2. a. Vocatur Salmon.
Ruth. 4. d.
Alius filius Hor de tribu Iuda, frater So-
bal, & Hariph. 1. Par. 2. g.
Salmana princeps Madian, occisus á Ge-
deon. Iu. 1. 8. a.
Salmanasar Rex Assiriorum. 4. Reg. 17. a.
pater Sennacherib. Tob. 1. c.
Salmas de filijs Bani, qui naouit vxorem
alienigenam. 1. Esdr. 10. d.
Salmon filius Nahasson de tribu Iuda ge-
nuit Booz de Rahab. Ruth. 4. d. vocatur
etiam Salmon. 1. Par. 2. b.
Salo filius Molollam de tribu Benjamin.
1. Para. 9. a.
Salom pater Helcia de Sacerdotibus, qui
erant in Babylone. Bar. 1. b.
Salome, quæ sequuta est Christum è Gali-
lea, & assistit ipsi patenti in Cruce. Marc.
15. c. Fuit mater Iacobi & Ioanis. Mat-
th. 27. f.
Salomi pater Ahhud de tribu Aser. Nu-
mer. 34. d.
Salomith filius Semei Gerlonites, frater
Hosiel & Aram, & aliorum quatuor. 1.
Para. 23. a.
Alius filius Isaar Caathites. 1. Par. 23. b. vo-
catur etiam Salemoth. 1. Par. 24. d.
Alius filius Roboã & Maacha, frater Abia
& aliorum. 2. Para. 11. d.
Alia filia Zorobabel de stirpe David, quæ
habuit septem fratres. 1. Par. 3. d.
Salomon filius David & Bethabee. 2. Reg.
12. f. Frater Samua & aliorum nouen, qui
nati sunt in Ierusalim. 2. Reg. 5. c. & fra-
ter Amnon & aliorum quinque, qui nati
sunt in Hebrö. 1. Para. 3. a. Habuit vxo-
res quatuor Reginas siptingentas, cöcubi-
nas trecentas. 3. Reg. 11. a. genuit Ro-
boam regni successorem. ibid. g. & duas
filias, Tapheth vxorem Benabimadab, &
Batemath vxorẽ Achimaas. 3. Reg. 4. b.
Fuit regnuminatus Amabilis Domine.
2. Reg. 12. f.
Salphaad filius Hepher de tribu Manassæ;
habuit filias Maala, Noa, Hegla, Melcha,
& Therfa. Num. 26. d. Dicitur filius Ma-
chir, quia descendens ab eo. 1. Par. 7. d.
Salu pater Zambri de tribu Simeon. Nu-
mer. 25. d.
Salumith filia Dabri de tribu Dan, mater
cuiusdam blasphemæ. Leui. 24. b.
Salusa, filius Supha de tribu Aser, frater Sur
& aliorum nouen. 1. Par. 7. g.
Sama filius Iechoniæ de stirpe David, fra-
ter Afir, & aliorum sex. 1. Par. 3. c.
Alius de tribu Benjamin princeps habitã-
tium in Aialon. 1. Par. 8. b.
Samaa frater David, & pater Ionathan. 2.
Reg. 21. d. Cætera vide in Samma. 4.
Alius filius Michael, & pater Barachiz
Gerlonites. 1. Para. 6. c.
Alius filius Macelloth de tribu Benjamin.
1. Par. 8. c.

Alius

I N D E X.

- Alius Gabaonites, pater Ahiezer & Ioas.* 1. Para. 12. a.
Samechias filius Semei, frater Othni, & aliorum quatuor. 1. Par. 26. a.
Somad filius Elphaal de tribu Benjamin, frater Heber, & aliorum septem. 1. Par. 8. b.
Samua pater Semei de tribu Simeon. 1. Paral. 4. f.
Samaas Gabaonites fortissimus inter triginta. 1. Par. 12. a.
Alius filius Adonicam, qui redijt e Babylone cum Eldra. 1. Eld. 8. b.
Samaod Iezerites princeps exercitus David. 1. Para. 27. b.
Samarzus filius Chanaan, frater Sidonis, & aliorum novem. Genes. 10. b.
Samarath filius Semei de tribu Benjamin, frater Iacim, & aliorum septem. 1. Par. 8. b.
Samaris de tribu Benjamin, qui venit ad David in Siceleg. 1. Par. 12. a.
Samaris de filijs Herem, qui habuit uxore alienigenam. 1. Eld. 10. d.
Sangar filius Anath iudicavit Israel post Aod. Iud. 3. d.
Samia filius Ioel de tribu Ruben, pater Gog. 1. Par. 5. a.
Sapur filius Micha Caathites. 1. Par. 24. d.
Samma filius Rahuel, frater Nahath, & Zaira & Meza. Gen. 36. b.
Alius filius Hebron de tribu Iuda, pater Raham, & frater Core & Taphua & Recem. 1. Par. 2. f.
Alius filius Ioel de tribu Ruben, pater Azaz. 1. Par. 5. b.
Alius filius tertius Hai de tribu Iuda, frater David, & aliorum quinque. 1. Reg. 16. b. vocatur Semmaa. 2. Reg. 13. f. Et Simmaa. 1. Par. 2. b. Et Samaa. 2. Reg. 21. d.
Alius filius Supha de tribu Aser, frater Sue & aliorum novem. 1. Par. 7. g.
Alius filius Hotha, vnus e fortibus David, frater Iehiel. 1. Par. 11. g.
Sammaa filius Oza, pater Haggia Merarites. 1. Para. 6. c.
Sammai filius Recem de tribu Iuda, pater Mon. 1. Para. 2. f.
Alius filius Ezra de tribu Iuda, frater Iether, & aliorum quinque. 1. Par. 4. c.
Sammoth Arorites e fortibus David. 1. Para. 11. f. vocatur etiam Semma de Harodi. 2. Reg. 23. d.
Samnuia filius Zechur de tribu Ruben explorator terræ promissionis. Num. 13. a.
Alius Sacerdos post captiuitatem Babylonicam. 2. Eld. 12. a.
Sanni pater Iehiel & Ioha. 1. Par. 11. g.
Alius Leuites de filijs Elthaphan tempore Regis Tzechna. 1. Par. 29. c.
Saniur scriba eorum, qui prohibebant reedificationem templi. 1. Eld. 4. b.
Saniari filius Zeroham de tribu Benjamin, frater Soboria, & aliorum quatuor. 1. Paral. 8. c.
Samlou filius Marue de tribu Dan. Iud. 13. d. vocatur etiam Baian. 1. Reg. 12. b.
Samua filius Dauid & Bethlabec. 2. Reg. 5. c. Dicitur etiam Simon. 1. Par. 3. b. Habuit plures fratres, quos vide in Dauid.
Alius filius Galal, pater Abda. 2. Eld. 11. c.
Samuel filius Amiaud princeps tribus Simeon. Num. 34. d.
Alius filius Elcana & Annæ. 1. Reg. 1. c. Fuit Caathites, & pater Vasseni & Adia, & Iohel. 1. Para. 6. b.
Alius filius Thola de tribu Issachar, frater Ozi, & aliorum quatuor. 1. Par. 7. a.
Sanaballat Horonites contrarius Iudaïs. 2. Eld. 2. b.
Saph de stirpe Arapha de genere gigante. 2. Reg. 21. d. Dicitur Saphai. 1. Par. 20. b.
Saphai idem qui Saph.
Saphan filius Gad, aut de tribu eius, frater Ioel, & aliorum octo. 1. Par. 5. b.
Alius filius Machir de tribu Manasse. 1. Para. 7. c.
Alius filius Assia scriba templi, pater Ahicam. 4. Reg. 22. a. Idem videtur pater Elasa. 1. Reg. 29. a. Et idem videtur pater Iezoniæ. Ezech. 8. d. Et idem videtur pater Gamaris. 1. Reg. 36. c.
Saphat filius Gad, hoc est, de eius tribu, frater Saphan, & aliorum octo. 1. Par. 5. b.
Alius filius Huri de tribu Simeon explorator terræ promissionis. Num. 13. a.
Alius pater Ehsai Prophetæ de Abelmoula. 3. Reg. 19. d.
Alius filius Adli præpositus bobus Regis David. 1. Par. 27. d.
Alius filius Semeiæ de stirpe David per Zorobabel, frater Hattus, & aliorum quatuor. 1. Para. 3. d.
Saphatia filius Rahuel de tribu Benjamin, pater Mosollan. 1. Par. 9. b.
Alius Haruphites de tribu Benjamin. 1. Paral. 12. a.
Alius filius Maacha dux tribus Simeon, tempore David. 1. Par. 27. c.
Alius filius Regis Iosaphat occisus à Iorâ frater Iorâ & aliorum quinque. 2. Par. 21. a.
Alius filius Mathan aduersarius Ieremias.

I N D E X

- miæ. Jerem. 38. a.
 Alius de filiis Ieruorum Salomonis. 1. Esdr. 7. c.
 Alius de cuius filiis & stirpe fuit Zebadia. 1. Esdr. 7. a.
 Alius filius M. Jaleel pater Amiaæ de tribu Iuda per Phares. 2. Esdr. 11. a.
 Septima vxor Anania, quæ mortua est cum viro. Act. 5. a.
 Sapphathia filius David & Abitab, quintus ex natis in Hebron. 2. Reg. 3. a.
 Sara prius dicta Sarai vxor Abraham, ac filia patris eiusdem. Genes. 20. c. Genuit Isaac iam nonagenaria. Gen. 21. a.
 Alia filia Ater. Gen. 46. b. soror Iemna, & aliorum trium. 1. Para. 7. f.
 Alia filia Raguelis & Annæ, vxor Tebia junioris. Tob. 3. b.
 Alia filia Beria, & neptis Ephraim. 1. Paral. 7. e.
 Sarai de filiis Bani, habuit vxorem alienigenam. 1. Esdr. 10. d.
 Sarata filius Cenez, frater Othoniel de tribu Iuda, pater Ioab. 1. Para. 4. b.
 Alius filius Asiel de tribu Simeon, pater Iosabæ. 1. Para. 4. f.
 Alius filius Azariae pontifex de linea Eleazer pater Iosedech ductus in Babylonem. 1. Para. 20. b. Idem videtur pater Esdræ. 1. Esdr. 7. i.
 Alius filius Thanehumeth Netophathites. 4. Reg. 25. f.
 Alius scriba Regis David. 2. Reg. 8. d. Idem vocatur Sufa. 1. Para. 13. d. vocatur etiam Siva. 2. Reg. 20. g.
 Alius est principibus qui redierunt è Babylone. 1. Esdr. 2. a.
 Alius filius Eziel tempore Regis Ioachim. Jerem. 36. f.
 Alius filius Neria princeps prophetiarum abijt cum Sedecia in Babylonem. Jerem. 51. g.
 Saraias est Sacerdotibus, qui redierunt è Babylone. 2. Esdr. 10. a.
 Sarar pater Aiam Arorites. 2. Reg. 23. d. vocatur etiam Sacar. 1. Para. 11. g.
 Sarafar filius Sennacherib, frater Afarhadon, & Adramelch. 4. Reg. 19. g.
 Alius cuius meminit Zacharias Propheta. Zachar. 7. 3.
 Sared filius Zabulon, frater Elon & Iahelel. Genes. 46. b.
 Sares filius Machir, & Maacha de tribu Manassæ, frater Phares. 1. Para. 7. c.
 Sargon Rex Assyriorum. Itai. 20. a.
 Saris filius Asiel de stirpe Saul, frater Ezrica, & aliorum quatuor. 1. Para. 3. a.
 Sarua mater Iereboam Regis Israel, vxor Nabath Ephraim. 3. Reg. 14. c.
 Sarug filius Reu de stirpe Sem, genuit Nachor. Gen. 11. c.
 Sarua filia Ahas. 2. Reg. 17. g. & ex parte matris sui soror David, & mater eius, et habuit sororem Abigail, trique filios Abia, Ioab, & Alael. 1. Paralipom. 2. c.
 Sathabai, princeps tribus Iuda, & custos vatorum templi. 1. Esdr. 1. d.
 Saul filius Simeon est Chanaanitide, frater Iamuel, & aliorum quatuor. Gen. 46. b.
 Alius de nomine Roneboth sextus Rex Inuimorum. Gen. 36. d.
 Alius filius Cis de tribu Benjamin prius Rex Israel. 1. Reg. 9. a. Genuit ex vxore Achinoam, Ionathas, Ieffai, Melchitua, & filias Merob & Michol. 1. Reg. 14. g. Genuit etiam Isbofeth. 2. Reg. 2. b. Item Abinadab, & Esbaal. 1. Paral. 8. c. E Reipha concubina genuit Armoni, & Miphiboseth. 2. Reg. 21. b.
 Alius Caathites filius Ozia, qui videtur idem, qui Iohel filius Azariae, vel frater eius. 1. Para. 6. b. c.
 Saulus idem qui Paulus. Act. 9. c.
 Saure pater Elezari, tempore Machabæorum. 1. Machab. 6. e.
 Sceuas Pontifex, habuit septem filios exorcistas. Act. 19. c.
 Seba filius Dechri de tribu Benjamin. 2. Reg. 20. a.
 Sebe filius Abihail, de tribu Gad, frater Melchaelis, & aliorum quinque. 1. Para. 5. c.
 Sebenias sacerdos tempore David. 1. Paral. 15. c.
 Abus sacerdos tempore instaurationis Ierusalem. 2. Esdr. 1. c. a.
 Alius Leuites eodem tempore. 2. Esdr. 9. a.
 Alius de populo eodem tempore. 2. Esdr. 10. a.
 Sebeon filius Seir Horrei, pater Ana, & Aia, frater Lotan, & aliorum quinque. Genes. 36. c.
 Sebethai Leuites post captiuitatem Babylonicam. 1. Esdr. 10. b.
 Sebia filius Saharaim & Hodes de tribu Benjamin, frater Mela & aliorum quatuor. 1. Para. 8. a.
 Alia de Beisabee mater Ioas Regis Iuda. 4. Reg. 12. a.
 Sechem filius Galaad de tribu Manassæ, frater

I N D E X.

- ter Iezer, Helech, & Afriel. Num. 26. d.
 Alius filius Semida de tribu Manassæ, frater
 Ahin, & Leci, & Aniam. 1. Par. 7. d.
 Sechenias filius Obdiæ, de stirpe Dauid per
 Zorobabel, pater Seraiæ. 1. Par. 3. d.
 Alius Sacerdos tempore Dauid, cuius fuit
 decima fors Sacerdotalis. 1. Paralipom.
 24. b.
 Alius Leuites distributor decimarum tempo-
 re Ezechia. 2. Par. 31. c.
 Alius pater Ezechiel ducis trecentorum vi-
 rorum. 1. Efd. 8. a.
